




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Christophori || Helvici || In Academia Giessena Quondam
Do-||ctoris & Professoris, Theologi, Philo-||sophi, Historici,
Chronologi, Philologi || laudatissimi, Libri || Didactici,||
Grammaticæ || ...**

Helwig, Christoph

Giessae, 1619

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70031)



DESORZI. Aduro

C. 38

U III

Th. 5898.

H.



ne finis pallu

Quia humeros pallio inno. In univ. lib. univ.

CHRISTOPHORI
HELVICI
IN ACADEMIA GIESSENA QUONDAM DO-
CTORIS & PROFESSORIS, THEOLOGI, PHILO-
sophi, Historici, Chronologi, Philologi
laudatissimi,
LIBRI
DIDACTICI,

GRAMMATICÆ

*Universalis, Latina, Græcæ,
Hebraica, Chaldaica,*

Unà cum generalis Didacticæ delineatione, & Speciali ad
Colloquia familiaria applicatione.

HACTENUS à MULTIS DESIDERATI,

& nunc

In usum Scholarum editi.

Collegij Societ



Jesu. Paderborn:

Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis.

GIESSE

Typis & Impensis Casparis Chemlini.

M. DC. XIX.

HELVETI
IN ACADEMIA GISSIENSIS QUAERENDAM DO

DR. GEORGII
DIDACTICI

Gracia
Liber
Catholice

Gracia
Liber
Catholice



ILLVSTRISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. GEORGIO,
HASSIÆ LANDGRAVIO, COMITI IN
CATZENELNBOGEN, DIETZ, ZIEGEN-
HAIN ET NIDDA &c.

Domino nostro Clementissimo.

In docendis literis haud postremum Pruden-
tia officium est, Illustrissime & Celsissime
Princeps, certum tenere ordinem, qui ad
Sapientiae arcem contendentibus cursum di-
rigat, quò & rectà & absq; viarum dispendio ad scopum
suum perventant. Quo in genere videmus hodiè non pa-
rùm opera posuisse multos eosq; præstantissimos viros, qui
tùm in linguis tum in aliis sive artibus sive scientiis metho-
dum certatim & enixè excoluerunt. Quibus omnibus in-
ter æquos rerum aestimatores sua constat laus, & immor-

X 2

rale

EPISTOLA

tale nominis decus ob præclaram de studiosa iuventute bene merendi voluntatem & promptitudinem. In primis vero hoc seculum sibi quasi proprium id vendicare videtur, quo conspiciamus multos brevi compendio adjutos in literis ad tantum Eruditionis fastigium ascendere, ut literatissimum quodq; seculum si non superent, certè quàm proximè videantur abesse. Atq; ut de Hebræa lingua dicamus, equis non intelligit eam brevi temporis spatio adeò feliciter excultam, quantum inter Christianos aliàs nunquam.

Quæ res sensus nostros paulò altiùs abducere debet ad divinam providentiam, quàm mirum in modum ita gubernari illa cognoscimus, ut cum accensa & per Dei gratiam luculènter inter nos splendente doctrinæ Evangelicæ lampade, linguarum studium post fœdissimam barbariem unà emergere, & incrementum sumere magis magisq; potuerit. Neq; verò silentio prætereunda nobis est immortalis gloria, quam Illustrissima & laudatissima vestra familia, utriusq;, Evangelii pariter & literarum propagatione jam pridem copiosè promeruit. Nam præterquàm quòd Celsissimus & Clementissimus Princeps ac Dominus, Dominus Ludovicus, Hassiæ Landgravius, & c. Celsitudinis

nis

DEDICATORIA.

nis Vestrae Pater, & Dominus noster Clementissimus, incorruptam divini verbi praedicationem sincero corde amplectatur, constanterq; propugnat, in eo etiam latissime patentem januam ad nominis immortalitatem, Fama aperuit, quod & Academiam Giffanam per singularem DEI gratiam excitavit, & magnificis sumptibus juxta ac amplissimis Privilegiis clementissime instruxit. In qua etiam nostro respectivè Marito ac Parenti D. Christophoro Helvico honorificum Professoris locum concessit. Et cum superioribus annis in vulgus percrebuisse, de nova quadam methodo, brevi compendio docendi linguas, Ipsius Celsitudo eidem negotium hoc dedit, ut de re ista plenius cognosceret, atque suam operam huc conferret, quò Compendia & Lexica, aliaq; huic Didacticae convenientia conficerentur. Quem laborem per se quidem magnum, atque unius hominis viribus propemodum superiorem ille in se, ita ut debuit, libentissime suscepit, certò sibi persuasum habens, studium hoc suum cessurum unicè in Dei gloriam, totiasq; Reipublicae literariae emolumentum longè maximum; tametsi Lexica & alia quaedam, quae in hunc usum animo moliebatur, non potuit, morte praeventus, ad umbi-

EPISTOLA

licum perducere. Quamobrem, cum Compendia hæc Didactica auspiciis & sumptibus haudquaquam exiguis Illustrissimi Vestrae Celsitudinis Domini Parentis eoque sint perfecta, atque ab Autore elaborata, ut publicè possint communicari cum Scholis, quarum salutem illi unam sibi habuit in exantlando immenso hoc labore, propositam; æquissimum nos facere arbitrati sumus, si ad ejus Illustrissimam Celsitudinem, cujus autoritate opus hoc esset susceptum, sumptibusq; liberalissimè promotum, primus redundaret fructus. Atque hæc una causa est, quare Tuam Celsitudinem, Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, in divulgatione horum Compendiorum appellare visum fuit.

Alteram, eaq; non minus necessariam, ut iisdem sub Illustrissimo Celsitudinis Tuæ Nomine præsidium quaeremus adversus invidiam, & malevolorum hominum calumnias. Cum enim Autor haud parum multa ex antiqua docendi ratione sustulerit, substitutis nobis quibusdam & ad propositum suum magis accommodatis terminis, non dubitamus, quin futuri sint, qui hoc ejus institutum sint vel improbaturi, vel palam etiam reprehensuri, ita ut fieri
plerunq;

DEDICATORIA.

pterung, solet, ut ea quae à vulgaribus recedunt, vario hominum iudicio atque sermoni sint exposita. Quamquam & hunc fructum nobis videmur ex hac dedicatione consecuturi, ut si videant scholae Patriae Illustriss. Tuae Celsitudini libros hos cura esse, eosdem diligentius sibi habeant commendatos. Atque ita labor ille suum obtinebit finem, gloriam Dei, & Patriae utilitatem, ad quam promovendam cum omnes homines ex aequo sunt obligati, tum inprimis Principes, quorum hoc officium est, ut Ecclesiae & Scholarum curam agant.

Omninò igitur confidimus, Tuam Celsitudinem hanc nostram humilimam dedicationem clementissimo vultu esse suscepturam. Id quod devoto pectore obnixè petimus.

Deum autem oramus, ut, quam ille lucem singulari providentia nobis accendit in addiscendis bonis artibus & linguis, eam porro ad amplificandam Sacrosancti sui Nominis gloriam inter nos conservet, gratiamq; largiatur, qua sanctissima ipsius dona debita animorum gratitudine veneremur atque exosculemur. Idem Celsitudinem Tuam totamq; Illustrissimam ac laudatissimam Hassorum familiam quam diutissimè sospitet incolumem, quo omnes boni
 compo-

EPIST. DEDICAT.

completo stant voti atque uberrimæ spei, quam Illustrissi-
ma Tua Celsitudo universæ Patriæ de se jam concitavit.
Vale Inchyte Princeps, in magnum Patriæ commodum,
& nos humilimos clientes clementissimo tuo Patrocinio
dedignare. Giessa, Idibus Martii, Anno millesimo sex-
centesimo decimo nono.

Celsitudinẽ Vestram

humilimè colentes

D. Christoph. Helvici
Vidua & Liberi.

DELL.

DELINEATIO
DIDACTICÆ
GENERALIS.

Cum speciali applicatione in
LINGVA LATINA
Ad Colloquia ab Autore in hunc finem ante
hac adornata.



Cum gratia & Privilegio Casarea Majestatis.

G I E S S Æ,
Typis & Impensis Casparis Chemlini.

ANNO M. DC XIX.



DELINEATIO
DIDACTICÆ GENE-
RALIS.



Didactica est ars organica, dirigens intellectum in apprehensione faciliore rerum.

vel: Est habitus instrumentalis, efficiendi in intellectu facilitatem apprehensionem, & firmiorem impressionem.

vel: Est ars representandi aliquid intellectui, ut facilius id apprehendat, & firmiter retineat.

Itaque Præcepta tam Præceptori quam Discipulo præscribit.

Est vel

Generalis
generalia præcepta continens, spe-
ctantia ad res omnes docendas

Specialis
ad distinctas linguas ac disciplinas
accommodata. Itaque est

Linguarum

Disciplinarum.

GENERALIS

continet præcepta.

1. De ipsis rebus docendis ac discendis
2. De rerum signis, quæ sunt
3. De intellectu discantis
4. De externis quibusdam circumstantiis.

{ Sermo
{ Scriptura.

I. De ipsis rebus sunt hæc Axiomata.

1. Non nisi unum uno tempore.
2. Idque crebrò.
3. Nec dimittendum, priusquam solidè sit perceptum.

CON-

CONSECT. I. Non nisi unus autor in una re.

2. Non nisi una materia uno die.

3. In explicatione Præceptorum Grammaticorum, tentandus est discipulus, an affectus sit nec ne, priusquam ad alia procedatur.

4. Nihil discipulus legat extra autorem.

5. Præceptor non nisi exemplis ex autore petitis doceat.

6. Nomenclaturis igitur ediscendis locus non est.

4. Omnia docentor per notiora.

CONSECT. I. Itaq; nulla lingua docetor ex Grammatica ejusdem lingua, si ignota sit.

2. Omnia primum in lingua vernacula, post in linguis aliis.

5. Omnis superfluitas vitanda.

CONSECT. I. Igitur nihil peregrini in disciplinis admiscetor.

2. Ad quamvis linguam discendam sufficiunt 3. libri

3. Termini Grammaticales sint iidem in quibusvis Linguis.

4. Nihil de discendum docetor.

5. Nihil quod caret usu docetor.

6. Analysis Logica autoris in linguis & disciplinis est inutilis.

7. Analysis Oratorum in Classe Rhetorica ne sit nimis scrupulosa, sed principalia tantum argumenta & figuras amplificationum evidentiores attingat.

{ Autor.

{ Grammatic.

{ Lexicon.

6. Ne modus rei tractetur ante rem.

CONSECT. I. Ne Præcepta ante autorem seu materiam.

2. Nulla lingua docetor ex Grammatica, sed ex uno aliquo autore, cog. bono.

3. Præcepta non tam dirigunt, quam confirmant.

7. Omne studium in certa intervalla distribuitor.

[Intervalla autem in certos annos, quod facile fieri potest, quàm classium talis distributio instituat, ut singulis mensibus aliquid certi perpetuo absolvatur in singulis. Vnum igitur certum studium quovis semestri constituendum, nec alia conjungenda, nisi quopiam minus principale, quod tamen repetitioni potius rei prius cognita quàm noviter addiscenda assignetur.]

8. Notitia confusa præcedat distinctam.

9. Universalia docentor in singularibus, Totum in Partibus.

10. Omnia ad harmoniam.

11. Magis necessaria & faciliora prius docentor.

II. De signis rerum hæc sunt Axiomata.

12. Situs rei discendæ ornatè in libro dispositus esto.

) () (2

CON-

CONSECT. I. Igitur nova linea crebro usurpanda.

2. Diversa materia titulis dirimenda in medio pagina.
 3. Tituli rerum, quæ sunt sub eodem genere proximo, conformi typo exarentur.
 4. Tituli iidem in diversas paginas si inciderint situ paginarum, quantam fieri potest, conformentur.
 5. Qualibet pagina in frontispicio gerat titulum materia quam continet brevissime comprehensum.
 6. Diversitas typi mediocris adhibenda.
 7. Quæ eandem rationem habent, conformi typo perpetuo excudantur. [Itaque eadem voces in diversis regulis retinenda.]
12. Præcepta nervosa perspicuitate conscribantur.
 13. Charta sit munda, & typus elegans.
 14. Libri ne sint nimis prolixi.

III. De Intellectu discantis.

15. Omne tædium diligentissime evitandum.
 16. Prima repræsentatio quæ fit intellectui, sit accurata.
 17. Omnia absque violentia (salva disciplina morum administratione.)
- CONSECT. I. Localis memoria per imagines interdicta esto.
2. Recreatio honesta sit quotidiana.
 3. Repetitio solitaria discipuli in re non satis cognita, est prohibita.
 4. Verbera non tam ob studia, quàm ob mores infligenda.
 5. Autor in qualibet lingua sit jucundus & discipulo accommodatus.
 6. Omnia ita docenda, ut discipulus statim aliquem fructum percipiat.
 7. Non igitur semper sequendus ordo Præceptorum, prout in libro descriptus est.
18. Non omnia, quæ discenda sunt, simul objiciantur intellectui.
 19. Prima ætas solo auditu discat, confirmatio verò & visu & auditu.
 20. Repetitio crebra non tantum sit continua, sed etiam fiat per intervalla.

IV. De externis circumstantiis sunt hæc Postulata.

1. Uaiverfa juventus ad scholam mittitor.
2. Parentes ac Præceptores blandis verbis juventutem tractent; & præmiis ad discendum alliciant, ex axiom. 17.
3. Institutionis initium à sacris esto.
4. Nulla hora negligitor.
5. Prima ætas ultra quadrantem horæ, confirmatio verò ultra horam in lectione ne detinetor.

6. Quoti-

6. Quotidiè ultra 4. horas lectiones ne habentor.
7. Varia recreationum genera instituuntor.
8. Horæ duæ prælegendo ne continuantor (*præsertim à meridie*)
9. Præceptor doceat, Inspector disciplinam curet.
10. Eò annitendum, ut discipulus amet & revereatur Præceptorem, non metuat aut oderit.
11. In discipulo nullam sit præjudiciam.
12. Discipulus in silentio attendat.
13. Discipulus horam lectionis aduentu suo anticipet.
14. Locus scholæ sit amœnus, capax, & compitis instructus, pro recreationum horis.
15. Omnia præviis precibus, & pio proposito.
16. Experienciæ nulla autoritas præjudicet, nec consuetudo aut præconcepta opinio prævaleat.
17. Singulis linguis & disciplinis singulæ classes distinctim tribuendæ.
18. Discipulus tardioris ingenii, diuùs in una classe relinquitur, donec ad aliam cum fructu transire queat.
[*Id non erit tam molestum quàm hæctenus solitum fuit, cum liberalis & nullo modo plaga-
sa sit institutio.*]
19. In Classe Linguarum & Artium, semper una hora quotidiè extraordinariè assumatur, pro Repetitione linguæ aut disciplinæ ejus quæ proxima classis edocta fuit.
[*Id in Lingua Latina non opus est, quia nulla lingua peregrina ante Latinam docetur. Sed in Græca, Hebræa, Chaldæa opus est. Ac in iis quidem tres tantùm horæ quotidiè abundè sufficiunt quia faciliùs quàm Latina addiscuntur, ob Autoris ut & Grammaticæ conformitatem.*]



XX 3

DELI.



D E L I N E A T I O
 UBERIOR APPLICATIONIS DIDACTICÆ,
 In Lingua Latina.

Pro pueris, qui jam legere & scribere nōrunt.

I. I N I N T E R P R E T A T I O N E .

In Interpretatione autoris, quotidie dua pagina absolvuntur, (in die repetitionis, quatuor) ut prima colloquiorum pars, quatuor septimanis absolvatur. Altero semestri quotidie quatuor pagina absolvuntur (in die repetitionis octo.)

In prima interpretatione, lectio textus tardiuscula esse potest, ut discipulus pralegentem possit assequi. Primis diei cuiusq; horis, Præceptor imprimis sensum autoris reddit, potius quàm voces singulas, ut discipulus intelligat, quid autor tractet. Sed horis sequentibus, duplicem interpretationem, ubicunq; fieri potest, affert, unam ad sensum, alteram ad voces, & si phrasis longius receperit à vocibus separatim consideratis, moneat hanc diversitatem. Planius hoc ostendet Germanica versio totius autoris, seorsum in hunc præceptoris usum adornanda.

In cæteris interpretationibus, semper hunc posteriorem modum observat.

II. I N A P P L I C A T I O N E E X C E R P T O R U M .

In prima interpretatione, Applicatio fit hoc modo: Præceptor ait, voces flexibiles in toto textu, (ex Grammatica generali discipulus jam novit, quid sunt voces flexibiles) separatim è regione excerptas esse, & in suo primitivo scriptas, id quod per aliquot lineas è regione sibi correspondentes, ostendit. Dehinc incipit Verba ordine exponere, ita ut singulis significationem suam addat eamq; bis tēve pronunciet, aut Synonymis Germanicis declaret; ac è vestigio idem discipulos ordine imitari jubet. Nam significatio auditu & propriâ pronuntiatione subsequente, altius memoria infigitur. Quid si verò discipulorum numerus nimis magnus sit, poterit sufficere repetitio aliquot decadum. Vbi ad finem pervenit unius columna, festinanter repetit, interpretationem textus ejusdem columna, & singula verba, prout in textu occurrunt, denud ad suum Præfens revocat: Quæ est repetitio ex abundantia, & præparatio quadam ad Grammaticam.

Hoc

Hoc modo procedit in columnis seu paginis reliquis, quousq; lectio ejus diei se extendit. Nomina in hac prima interpretatione non attingit.

In secunda verò interpretatione, Excerpta Verba non horâ quartâ (nam illa conjugationibus destinata est) sed particula tertia tractantur, & quidem gemino modo, uno, ut Latine interrogetur, respondeatur Germanicè; altero, vice versa. Quæ alternatio magnoperè necessaria est. Distinctè autem fit, nempe ut columna integra Latine interrogetur, deinceps eadem columna Germanicè interrogetur. Et sic in columnis sequentibus, per totam istius diei lectionem.

In tertia interpretatione, quarta hora Nominibus Excerptis tribuitur, & Substantiva seorsum, Adjectiva similiter seorsum planè eodem, ut Verba supra, modo tractantur.

In quarta interpretatione, particula tertia horâ repetendis Excerptis Nominibus debetur, (nam quarta hora Declinationibus destinata est) & quidem gemino modo, uti factum in Verbis.

In quinta interpretatione, tum Verba tum Nomina conjunctim repetuntur, particula tertia horâ; Vbi non opus est præire Præceptorum: neq; discipulos Latinas voces cum significatione conjunctim pronunciare, sed Præceptor Latine interroget, discipulus Germanicè responder: Post vice versa, Præceptor Germanicè interroget, discipulus Latine responder. Vt hoc non sit nisi Examen discipuli, in Excerptis vocabulis.

III. IN APPLICATIONE PRÆCEPTORUM. ^B

IN II. INTERPRETATIONE fit Applicatio Conjugationum.

Hora quarta tribuitur Conjugationibus. Quotidiè una conjugatio Activa perducitur usque ad Subjunctivum: Tali modo Præceptor prælegit Indicativi Præsens bis terte cum interpretatione singularum personarum amo ich lieb / amas du &c. attendentibus in suis libris discipulis. (Tempora & Modos jam discipulus novit ex Generali Grammatica, nisi quoddam monetur, Latinos in numero Modorum & Temporum cum Germanis congruere) & è vestigio ex autoris præsentis textu plurima exempla eodem modo conjugat, monens, tantum terminationes esse attendendas. Ita enim discipulus detentus in uno Tempore sæpius repetito, firmius personarum terminationes apprehendit, cum alioquin terminationum multitudine facile turbari & obryposset. Dehinc ipse discipulus ad praxin producitur, Quisque ad exemplum præceptoris Verbum unum aut plura è textu injuncta in Præsenti conjugare, prout discipulus in numero magis vel exiguis fuerit, eaque non nisi ex libro aperto sunt conjuganda (nequam memoriter, similiter adjecta singulis personis significatione. Præsenti inculcato, succedunt cætera tempora, ad eundem modum prælegenda & repetenda. Sic autem cavendum, ne Verba irregularia in præterito arripiantur. Oportet enim hæc discipulo ideam simul

imprimi, formandi Præteriti in quavis conjugatione. Propterea ubi ad Perfectum Præceptor pervenit, monebit, tria tempora in quovis Verbo esse primaria, è quibus cætera omnia formentur. Altero die Subjunctivus, Infinitivus, Supina, & Participia, eodem modo tractantur. Tertio die, tota Conjugatio, pluribus exemplis à discipulo repetitur. Dehinc secunda conjugatio, planè ut prima, post Tertia & Quarta. Antequàm Passiva attingantur, consultum fuerit, Verbum anomalon (S u M) præmitti, ne discipulus turbetur, si in Præteritis Passivis Verbum (S u M) conspexerit, & illud postea demum seorsum videat conjugari.

I N III. I N T E R P R E T A T I O N E .

Applicatio Declinationum.

Hora qualibet quarta tribuitur Declinationibus Nominum & Pronominum. Quotidie una Declinatio absolvitur (excepta Tertiâ, quæ plures dies requirit:) Et exempla ex autore plurima cumulantur, additâ significatione Nominativi, non verò cæterorum Casuum. Nam illi cum sæpius in constructione à Germanismo discrepent, facillè discipulum in errorem inducunt, & linguæ proprietatem intervertunt. V. G. Genitivo & Dativo in plurimâ utantur Germani, ubi Latinis est Ablativus, ut, dessen gentessen / Selts wehrt / eines dings loß werden / deiro Hofnung / deiro Zuversicht.

Singulis autem Declinationibus præmittitur Definitio, non quidem è Grammatica, sed ore tenus, & statim in libro Paradigmatum monstrato exemplo explicatur. Et sicut in vocabulis Excerptis ita & hic statim discipuli ad examen producuntur, & singuli exemplum unum vel alterum ex autore injunctum, declinare jubentur.

In secunda Declinatione quavis Terminatio tractatur seorsum. Et quidem terminatio ER & US, non nisi exemplis regularibus, Genitivi in R I, Vocativi in E. Nam anomalie differuntur ad Interpretationem Quintam.

In tertia Declinatione magna varietas est. Itaq; plures illa dies requirit. Ea tamen omnis reducitur ad 13. Formulas, ita ut sæpe non opus sit Regulis de Casibus. Nam Titulus cuilibet Formule præfixus indicat, quæ Nomina ab Ordinaria Formula desleant, & in quo Casu id fiat diversitas typi in certo illo Casu luculenter demonstrat. V. G. Formula II. (Nubes) indicat, Terminata in ES & IS non crescentia Genitivo, item Substantiva in NS & RS; formare Genitivum Pluralem in (IUM) in cæteris non differre à formula I. ordinaria &c.

Applicatio III. Declinationis est ejusmodi. Formula ordinaria sufficientibus exemplis (velut in præcedentibus factum) declaratur. Postea Discipulus monetur omnem varietatem cæterarum Formularum, oriri à duobus Casibus, Ablativo Singulari & Genitivo Plurali, sicut parenthesi (i) (un) præfixa terminationum tabella ostendit. Pauca ab Accusativo in I M, obiter attingit. Proximè sumit Formulam (Nubes) cæteris frequentiore. Posthac Formulam ordinariam Neutorum. Inde Adjectivorum (duarum terminationum) in IS, & in OR, deinceps

deinceps Adjectiva unius terminationis. Vbi sufficit discipulo notitia confusa, quod quadam duabus terminationibus constent, quadam unicâ. Illa differentia in Excerptis conspicitur, quando Adjectivis in IS apponitur E, in OR apponitur US, quibusdam nihil, nempe qua unica solùm terminatione contenta sunt. Ceteras Formulas particulares Accusativi in IM, vel in EM & IM, Ablativi in I, planè hac vice negligit, Et non nisi in V. Interpretatione per occasionem in textu oblatam, adjicit.

His peractis, biduum Quarta & Quinta Declinationi impenditur. Dehinc ad Pronomina se confert, ac primum Primitivum Ego proponit, prælegendo aliquoties unâ cum significatione omnes casus ordine & statim à singulis discipulis eosdem reposcendo. Similiter Pronomen Tu, eâdem horâ, Et Sui, eâdem horâ. Ita interposita discipulorum repetitio non impedit memoriam, & confusionem præcavebit. Post ad cetera pergit ordine, prout cellulis distincta sunt. Ita tribus septimanis, Nominum & Pronominum Declinatio poterit absolvi.

Hinc ad Nomina flexione irregularia animus adjiciendus est, sed non ordine, verùm per intervalla sparsim, per occasionem in lectionibus sequentibus, Sunt enim individua, non Paradigmata. Si quod igitur occurrat, recurrendum est ad ejus declinationem, integrè hęc positam.

Absolutis hoc modo Declinationibus, & tertio quovis die per repetitionem probè inculcatis, restat una septimana Adjectivorum Comparationi. Est enim & illa flexionis species.

Regulam Comparativi præceptor priùs ore tenus discipulo proponit, quod terminetur in OR, ad casum in I, & remittit eos statim ad libri inspectionem, ubi plurima exempla (ad positivi varias terminationes) posita sunt. Quibus alia plurima exempla ex autore adjungit. Tum monstrat Regulam inferius in libro descriptam & exemplis subjectam. Postea Superlativum eodem modo docet. Comparationem irregularem (cum sit Individuorum) itidem per intervalla & sparsim tradit sequenti tempore, quandocunque occasio in textu offertur.

IN IV. INTERPRETATIONE,

Applicatio Generis in Nominibus.

In Genere Nominum docendo opus est prudentiâ ob magnam Regularum lubricitatem. Ideò Exceptiones ad marginem seorsum sunt appositæ, ne intellectum & memoriam discipuli turbent. Primum igitur Regula solùm inculcanda sunt, præsupposito principio didactico, illarum notitiam confusam ex autore priùs comparandam, quam ex libro succedat distincta, quæ Exceptiones unâ respicit. Ac singulis regulis exempla sufficientia ex autore (si modo præstò sunt) subjungenda. Si verò defint, (ut in multis regulis tertiæ Declinationis fieri potest) monendum est, in lectionibus sequentibus exempla obvia monstratum iri (quod & fieri debet) ideoque ea vice ad alias regulas pergendum.

Quot verò diebus & qua distributione Regula Generis tractanda sint, ita constabit. Primo die prima Declinatio, secundo secunda, à præceptore tractatur, & ut jam dictum, exemplis ex autore confirmatur. Tertio exempla utriusque junctim à discipulo reposcuntur. Id quod discipulo

cupulo non erit difficile, cum ex numero declinationis, Vocabulis Separatis appposito, statim regulam de Genere venari possit, toties per biduum praecedens inculcatam. Hic verò una Variatio casuum, Dativi pluralis in ABVS, Genitivi in ERI, Vocativi in E (quae supra in Declinationibus omissa & huc rejecta fuit) ostenditur. Exceptiones verò ad Regulas de Genere idèd hac vice omittuntur, & nova recapitulationi reservantur, ut eò accuratius regula ab iis discernatur, & Exceptiones novo labori in solidum deputata eò firmitus memoria teneantur. Quarto die Masculina tertia Declinationis, Quinto Foemina, Sexto utraque per repetitionem; absolvuntur: assumtis Exceptionibus de Genitivi formatione. Casus ceteri tertia Declinationis antehac in Paradigmatibus satis expositi fuere. Hic igitur negliguntur.

Alterâ Septimanâ; primo die Neutra tertia Declinationis, Secundo Quarta & Quinta Declinatio, tractantur. Tertio fit horum repetitio. Quarto die fit regressus ad Exceptiones de Genere: Et (praemisâ ad singulas Regulâ) exceptiones Prima & Secunda Declinationis percurruntur, quantum earum in autore extat, sive in presenti lectione, sive alibi. Quinto die Exceptiones ad tertiam Declinationem, Sexto repetitio earundem, tractantur.

Tertiâ Septimanâ, primo die Quarta & Quinta Declinationis Exceptiones & Observationes exponuntur. Secundo die Adjectiva inchoantur: & Genus per exempla subjunctarum terminationum,

{ ER A UM deinde { IS E IL, AR, &c. } explicatur,
 US A UM OR US pòst

ita ut ex Autore exempla trium, duarum, unius, terminationum, sufficientia, desumantur. Quae quidem in ipso autore in Excerptis Adjectivis expressa, tantò facilius intelligi poterunt. Exempla unius terminationis non opus est ad singulas species adduci, neque enim autor omnia suppediare poterit, neque consilium est obruere istis non semper obviis discipulum, cum non debeant talia magis necessariis esse impedimento. Postero die omnia haec repetuntur.

IN V. INTERPRETATIONE,

Applicatio Præteritorum & Supinorum.

Nunc restant Præterita & Supina Verborum, quantum ad Exceptiones attinet. Formatio enim regularis Præteriti & Supini jampridem in Paradigmatibus fuit tradita: præterquam in Conjugatione tertia, quae certâ formatione destituitur. Illa igitur nunc conjugitur.

Prima Conjugationi una dies sufficit; Secunda tantundem. Quod si una fortè hora non suffecerit; assumitur altera, & interpretationi deciditur. Utraque sexto die repetitur. Ea verò tantum Verba considerantur, quae extant in autore.

Quarta Septimana Tertia & Quarta Conjugationi debetur. Tertia plures dies requirit. Ubi rursus tenendum, ea tantum Verba excerpti, quae in autore leguntur, ceteris neglectis. Nimirum Varietas obtunderet discipulum, & impingeret insuper in Principium didacticum, quod

quod nihil docendum sit, quod non statim usum discipulo exhibere possit. Quare Auctor debet ita adornari, ut in eo omnia inveniuntur, quæ discipulo sunt necessaria.

Procedit autem hoc modo. Prima Conjugatio, ait, format Perfectum in *Avi*, Supinum in *Atum*, ut meministis ex Paradigmatæ Amo. Verum sunt quadam Verba, quæ aliter habent, ordine hîc descripta; Ex quibus ista in auctore nostro inveniuntur, &c. Ita procedit etiam in cæteris Conjugationibus; & ad finem producit Præterita, unâ cum auctore.

Supersunt nunc tres septimana, destinanda repetitioni Generis & Perfectorum, horâ unâ: vertendo auctori in linguam Germanicam, horis reliquis. Quotidiè enim in præsentia Præceptoris, loco lectionum ordinarium, discipuli singuli Germanicè describere auctorem jubentur. Quod cum amplius difficile esse nequeat, ob prægressam tam crebram interpretationem, nullo negotio intra hoc spaciū totus auctor verti ac describi poterit. Si quis sint tardioris ingenii, jubentur è singulis lectionibus paginam unam vel alteram vertere. Proderit autem quotidie unam horam impendi reposcendis ordine omnibus Nominibus & Verbis, tam quoad significationem, quàm Conjugationem, Genus & Declinationem, per totum Auctorem.

DIES REPETITIONUM.

Singulis Septimanis duo dies repetitionum instituuntur ex intervallo, matutinis horis, ut pomeridiana recreationibus in solidum relinquuntur: Dies Mercurii & Saturni. Iis repetitur, quicquid præcedente biduo actum fuit, tam in Grammaticis, quàm Auctore. Præceptor primum ipse prælegit, Deinde à discipulis reposcit.

In Primo mense reposcit solum Lectionem distinctam & articulatam, non autem interpretationem. Eam enim nondum sufficienter audivit, ac proinde tenere non potest. Sed tentare licebit hinc inde discipulos, ad excitandam attentionem. Lectionem alternatam esse convenit, tanquàm duo colloquerentur. Quod si excerpta præcedentibus diebus exercitata fuerint, poterunt & ipsa reposci.

In Secundo, nihil nisi Excerpta vocabula & Conjugationes à discipulo reposcit. Nihilominus, ut antè, tentare potest discipulorum profectus in interpretando.

In Tertio, instituit alternatam personarum interpretationem in forma colloquii. Excerptorum eadem ratio, quæ in primo.

In Quarto, reposcit interpretationem, Excerpta & Declinationes.

In Quinto, interpretationem, Perfecta Verborum, & Genus Nominum, sed distinctis septimanis.



SEMESTRE SE- CUNDUM.

I. IN INTERPRETATIONE.

Quotidiè quatuor folia absolvuntur; eodem modo qui in Primo semestri fuit. Est enim secunda auctoris pars duplo major priori.

II. IN APPLICATIONE EXCER- PTORUM.

Hic quoque idem observatur modus, qui in priore semestri, nisi quòd omnia conjunguntur tam Nomina quàm Verba, statim in 1. mense, propter paucitatem, unà cum Perfectis ac Supinis, Genere & Casuum anomaliis. Regula de Perfectis, & de Genere, semper aperto libro indicantur. Potest hinc particula tertia hora assumi, si quarta non sufficiat.

III. IN APPLICATIONE CON- STRUCTIONIS.

In Secundo Mense (primus enim Excerptis in solidum tribuitur) prima solùm pagina Syntaxeos, seu Constructio principalis, tractatur.

Modus talis est; Primo die, prima solùm Regula proponitur, & exemplis plurimis ex auctore confirmatur, quæ singula ipse Præceptor junctim declinat, id quod magnopere conducit ad intelligendum regulæ sensum, v. g. dominus noster, domini nostri, domino nostro, &c.

Tum statim proponit exempla singulis discipulis ordine, ut eodem modo illa declinent. Sumit illa sparsim ex auctore, Substantivum ex hac, Adjectivum ex alia linea. Nam exempla immediata jam ab ipso Præceptore per totam lectionem tractata fuerunt.

Secundo die secundam Regulam, & ita deinceps singulis diebus unicam regulam tractat. (salvo ordine repetitionum diebus Mercurii & Saturni:) Vbi regulas prima pagina absolverit, regreditur ad Exceptiones, easq; similiter, ut regulas, exemplis ex auctore confirmat & repetit. Dehinc opera danda, ut discipulus deducatur ad exercitium loquendi. Proponuntur itaque ei breves sententiola, ex vocabulis præsentis textus, ad regulas primæ pagina, quas ex tempore Latine

tine

tinè vertat, ductu regularum toties expositarum. Quæ Exercitia non nisi præsentè & dirigente Præceptore suscipienda.

Deinde aggreditur Variationem marginalem. Docet, unam orationem sæpe variis modis efferrî posse, manente sensu eodem, prout ad marginem unus & alter modus variandi appositus est. Hic primum sumit ex autore exempla directâ, in quibus scilicet ipse Præceptor variationem fabricet, & discipulo ostendat: ac discipulus similia exempla proponit, quæ ipsi quoque ad hunc modum variant. Postea monstrat etiam exempla variationis in autore, quæ ipsemet ad ordinariam regulam reducit. Quâ ratione & Regula Passivorum docetur, & simul ad rationem variandæ orationis discipulus deducitur.

In Tertio mense traditur Constructio Specialis Casuum, eodem ordine quo Constructio Principalis. Ac discipulo injunguntur vertenda ex tempore integræ sententiæ, desumpta è diversis autoris vocibus, & ad præsentès regulas accommodata. Exceptiones reservantur, donec Regula absolutæ fuerint. Et quidem illa solum Exceptiones attinguntur, quarum exempla in autore extant.

In Quarto mense, horâ tertiâ materia Germanica ubiores discipulo proponuntur Latine vertenda, quæ è vocibus autoris extracta sint, & ad regulas Syntaxeos prægressas (non verò ad residuas) accommodata. In quarta hora cujuslibet diei, Residuum Grammaticæ aggredendum est: Quod nunc demum cum fructu doceri poterit, cum præcedentiâ primaria Grammaticæ præcepta jam pridem sufficienter tradita, inculcata & repetita sint. Est autem percurrendum à Præceptore sine operosâ morâ, eo potissimum fine, ut discipulus nôrit, si quid in Compendio desideretur, ubi id inquirere, & plenius cognoscere possit.

In Quinto mense: Horâ tertiâ vertere discipulus jubetur præsentem totam lectionem in linguam Germanicam, quæ de causa præceptoris interpretatio intermittitur.

Horâ quartâ, Specialis Constructio particularum inflexibilium proponitur, & exemplis ex autore illustratur, si modo sint obvia. Sin minus (ut hæc dubie continget in Conjunctionibus & Interjectionibus) Verba desumenda sunt ex autore, & ad exemplum in margine ascriptum, regula accommodanda. Discipulo quoque (ut supra factum) exempla alia eodem spectantia, construenda injunguntur. Interjectionum constructio sine detrimento potest omitti, satis est, si semel atque iterum discipulus illam inspexerit.

Reliqua duæ vel tres Septimana impenduntur versioni autoris reciproca, è lingua Germanica in Latinam, autore seposito, id quod in præsentia Præceptoris (ob præcavendam fraudem) fieri debet, iis horis quæ lectionibus aliâs tribuuntur. Prima tamen cujusque diei hora tribus potest repetitioni Perfectorum in Verbis & Generis in Nominibus.

Spatio igitur anni Latina lingua doceri & disci potest, ut discipulus & intelligere, & quantum satis est ad familiarem usum, loqui, ac scribere Latine noverit, & ex Grammaticis fundamentis, de quovis sermone rectè judicare sciat. Licet enim non omnia vocabula & omnes loquendi formulas teneat, (quod non requiritur ad Lingua cognitionem simpliciter, sed solum ad ἐξερπασίω) tamen autores Latinos legere cum fructu, & quod adhuc deest, nullo negotio per adhibitum Lexicon supplere potest. Ex abundanti tamen profuerit, tenera aetate, si ad complementum linguae, & ne prae maturè novis studiis distrahatur, adhuc integro Semestri in Lexici applicatione detineatur.

SEMESTRE TER- TIUM.

I. IN INTERPRETATIONE.

Interpretatione nunc deinceps non erit opus, nisi ad occasionem applicandi Lexici: Quare Autor quidem ab initio ad finem exponitur, sed non ea lectionum distributione ut antè, verum ita, ut simul Radices vocum in Lexico, unà cum Compositis & Derivatis, inter interpretandum perlustrantur. Itaque duae tantum interpretationes instituantur, & semestre in duas partes distribuitur, ut duodecim septimanis totus autor absolvatur, atq; ita bis percurratur hoc semestri tertio. Quamobrem unum tantum solum quotidie absolvitur, Et prima diei hora, interpretationi statim applicatio Lexici subjungitur, ad singulas voces quae in textu occurrunt.

II. IN APPLICATIONE LEXICI.

Lexicon nequaquam ab initio usque ad finem percurritur. Nam hoc propter varietatem Derivationum & Compositionum valdè tedium foret, si per solam seriem alphabeticam ordine deducenda essent. Sed sicut Poeta lectorem fallunt inversione seriei historica, Ita praeceptor discipulum inversione seriei alphabeticæ. Quare illo ordine radices tractat, quem series textus monstrat.

Hic in considerationem venit, An omnes omnino voces Lexici attingende? etiam ea, quarum occasio ab autore non suppeditatur. Id verò nequaquam consultum est. Ratio, 1. Quia nimia varietas & multitudo ingenium turbat & obtundit, (qua praecipua est) quia multa inusitata & rarissimi usus vocabula, ratione derivationis in Lexico ponenda sunt, quae fortè per totam vitam non occurrunt. Eadem igitur ratio, quae in Nomenclaturis, etiam hic militat: Sic igitur Lexicon applicandum fuerit.

In pri-

In prima interpretatione Verba tantum in Lexico inquiruntur. In Secunda tantum Nomina. Utraque hoc modo:

Data voce, si primigenia sit, eam Præceptor in Lexico inquit, & indicatâ paginâ discipulos itidem quemlibet in suo Lexico inquirere jubet: sin derivata sit, ejus primitivum in Lexico commonstrat. Repetit ejus genus, declinationem, conjugationem, præteritum è Grammatica &c. Inde ad Derivata progreditur, sed ea tantum, quæ usitata, frequentia, & trita sunt, producit in medium, [eaq, peculiari notâ insignita erunt in Lexico.] ceteris neglectis. Si quod derivatum alibi in autore extet, id monendum est. Inde ad Composita transit, & summo tantum fastigio illa attingit, ut: Rego, rex, rector, regina, regula, &c. Arrigo, (ich rech in die Höhe / Corrigo, (ich bring zu recht / verbeßere / Erigo, (ich rech auf / richte auf &c. neglectis derivatis, (præsertim Supinalibus, nam illa proprio Marte formari possunt) nisi insignia sint, aut in autore ipso extet, ut Pergo, Expergiscor.


Postquam una radix hoc pacto absoluta est, pergit ad aliam, & sic deinceps per totam lectionem. Neg, opus hic est, una hora totum folium absolvi (nam id impossibile, præsertim ab initio, ob multitudinem radicum) sed omnes diei hora, uni folio relinquuntur.

Si quid verò temporis superfit, id tribuendum est Verstori Latina exercitii, è presenti textu auctoris desumpti, quod Præceptor in ipsa hora Germanicè dictat, & alternatim vel ex tempore Latine proferrit, vel in Latinum scripto transferri postulat. Idque quamprimùm redditum est à singulis, ipse si quid erratum, corrigit, at deinde ipsemet Latine profert: Scriptum verò & à seipso domi antea versum clara voce pronuntiat, & quidem variato aliquoties versionis stylo, Ex quo singulos jubet suas versiones emendare. Hoc modo labor inspiciendi singulas versiones tollitur, & nihilominus finis inspiciendorum exercitiorum obtinetur.

F I N I S.

A D L E C T O R E M.

In Opusculis Didacticis quædam adhuc sunt residua, quæ hac vice non potuimus lucem edere. Nempe in primis Conjugationes Hebrææ & Chaldaicæ, Lexicon item in Sancta Linguâ diligenter concinnatum. Causa autem fuit, præter temporis brevitatem, quòd Typographia in tanta festinatione non potuit, et si studiosè in hanc curam incumberet Typographus, satis instrui literis sive typis Hebraicis, quorum & copia & diversitas in primis hinc requiritur. Tu, L E C T O R benevole, his interim fructe, & reliqua à nobis propediem expecta.






GRAMMATICA SEU
SERMOCINATRIX, EST ARS CON-
GRUE LOQUENDI ET SCRIBENDI, IN LIN-
GUA QUALIBET.

Habet tres partes:

- I. De Ratione Legendi ac Scribendi.
- II. De Vocum Dignotione.
- III. De Vocum Constructione.

[Quicquid loquimur, vel scribimus, vocibus conficitur & sermo appellatur. Prima igitur pars tractat, qua ratione voces efferantur, legantur & scribantur. Secunda pars agit de eo, quomodo voces dignosci, & à se invicem discerni debeant. Tertia pars, quomodo voces inter se conjungi & coordinari debeant, ut sermo inde conficiatur.]

Prima pars Elementaria, in Libro Elementalī cujusque
linguæ seorsum exponitur.



PARS SECUNDA.

De Vocum Dignotione.

Duo sunt ad dignoscendas voces necessaria: Earum Accidentia & Species.

[Vocum Accidentia sunt, Communia tria:

- I. VARIATIO, qua vox consideratur juxta variam sui mutationem, ob varios significandi modos.

B

[Ea sor-

[Ea sortitur Speciales appellationes, ut in sequentibus dicitur.]

II. **ORIGINATIO**, qua vox consideratur juxta suam originem. Num fit,
PRIMIGENIA, quæ non aliunde oritur (*nempe in eadem lingua.*) Appel-
 latur etiam Radix.

DERIVATA, quæ aliunde oritur, nempe è primigeniâ.

¶ *Et hæc variatio ex origine, appellatur Derivatio.*

¶ *Vtraq; vox tûm Primigenia tûm Derivata, quando aliis vocibus originem præbet, hoc respectu vocatur Primitiva.*

III. **RESOLUTIO**, qua vox consideratur juxta partes. Num fit,

SIMPLEX, quæ non dividi potest in duas vel plures voces (*ejusdem scilicet significationis.*)

COMPOSITA, quæ ex duabus vel pluribus vocibus congesta est, & in eadem resolvi potest.

¶ *Et hæc variatio ex una voce in plures, (seu plurium vocum in unam coalitio) vocatur Compositio.*

Hic etiam considerandum, voces esse vel

SEPARABILES, quæ separatim consistere possunt certâ significatione.

INSEPARABILES, quæ separatim consistere non possunt, sed semper cum alia voce componuntur.

[Deiis in specie agitur in qualibet lingua.]

Vocum species sunt tres:

1. **Nomen**, quo aliquid nominatur.
2. **Verbum**, quo aliquid dicitur agere vel pati, vel esse.
3. **Advocabulum**, quod cæteris adjungitur ad exprimendam aliquam circumstantiam vel animi affectum, aut continuandum sermonem.

[Prioris duæ sunt Primariæ, quia ex illis præcipuè constituitur sermo; & in illis tanquam basi consistit Posterior est Subsidiaria & Administra, quia additur tantum plenioris elucidationis & limitationis gratiâ, ut sermo plene conficiatur & intelligatur.]

Accidentia vocum Primariarum Propria, sunt duo:

I. **NUMERUS**, quo vox consideratur, prout unum vel plura distinctè significat. Unde sunt duo Numeri:

SINGULARIS, quo res una significatur.

PLURALIS, quo res duæ vel plures significantur.

Etiam ipsa vox appellatur vel Singularis vel Pluralis.

II. **PER-**

II. PERSONA, qua vox consideratur, prout habet respectum & ordinem ad loquentem. (prout significat Ego, Tu, Ipse, aut Nos, Vos, Ipsi.)

Tres sunt personæ.

PRIMA, quæ loquitur (quæ significat, Ego, Nos, & similes.)

SECUNDA, ad quam loquimur. (quæ significat, Tu, Vos, & similes.)

TERTIA, de qua loquimur. (quæ significat Ipse, Ipsi, & similes.)

Quacung, igitur vox includit Ego, Mei, Mihi, Me, Nos, Nobis, Noster, Meus, est prima persona.

Quacung, includit, Tu, Tui, Tibi, Te, Tuus, Vos, Vestri, Vobis, Vester, est secunda persona.

Cetera omnes sunt tertia persona.

In Formulis Conjugationum Persona etiam ex ipso situ dignoscuntur.

[Speciatim in Lingua Latina & Græca, omnes Vocativi sunt secundæ personæ tantum.]

N O M E N.

Accidentia Nominis duo sunt.

Casus & Genus.

C A S U S

est terminatio Numeri specialis. (sic dictus, quia variè cadit ex uno in aliud: vel quia cadit è terminatione primaria.)

Casus pro diversitate Linguarum variant:

In Latina sunt 6.	In Græca 5.	In Germanica 4.	In Hebræa, Chaldaea, Syriaca, nulli sunt proprie dicti.
1. Nominativus	Nominativus	Nominativus	
2. Genitivus	Genitivus	Genitivus	
3. Dativus	Dativus	Dativus	
4. Accusativus	Accusativus	Accusativus.	
5. Vocativus	Vocativus.		
6. Ablativus.			

§ Variatio per Casus appellatur Declinatio.

Universalis Declinationes,

pro diversitate Linguarum sunt vel plures vel pauciores.

<i>In Latina & In Græca,</i> sunt quinque Declinationes.	<i>In Germanica</i> sunt quatuor.	<i>In Hebræa</i> <i>Chaldaea,</i> <i>Syriaca,</i> sunt duæ.
---	--------------------------------------	--

G E N U S,

est differentia Nominis juxta sexum.

Pro diversitate linguarum variat:

In Latina & Græca & Germanica,
sunt quinque:

1. Masculinum.
2. Fœmininum.
3. Neutrum.
4. Utrumque.
5. Omne.

In Hebræa, Chaldaea
& *Syriaca,*
sunt tria:

1. Masculinum
2. Fœmininum
3. Utrumque.

Cognoscitur ex terminatione primaria in quavis Declinatione.

¶ Variatio per Genus, appellatur Motio.

Nomen est duplex:

Substantivum,

quod essentiam significat (*cum quo non potest simul dici, Res.*)

[Sic dictum, quia solum per se in sermone subsistit, ut non opus habeat alio Nominis addito.]

Est duplex:

P R O P R I U M, quod uni solùm rei destinatum est.

[Et quamvis sæpe uno Nominis plures res appellentur, tamen id fit per accidens, & manet nihilominus singulis tuum Nomen Proprium, ipsis destinatum. Per cognomen & Agnomen ideo sæpe distinctius restringitur.]

C O M M U N E, quod multis rebus destinatum est.

Adje-

Adjectivum,

quod essentiam talem significat (*cum quo potest dici simul, Res.*)

[Sic dictum, quod solum per se in sermone subsistere non possit, sed adiciatur alteri Nomini nempe Substantivo.]

Est itidem duplex:

COMPARABILE, quod potest comparari seu variari per Gradus.

INCOMPARABILE, quod non potest comparari, seu variari per Gradus.

[Incomparabilia sunt 1. Possessiva, Gentilia, Diminutiva, Interrogativa, Partitiva, Materialia, Numeralia. 2. Pronomina.]

Gradus sunt tres:

1. INFIMUS, qui significationem absolute ponit. — ABSOLUTUS.
2. MEDIUS, qui significationem cum excessu extollit. — EXCESSIVUS.
3. SUPREMUS, qui significationem cum transcensu extollit. — TRANSCENSIVUS.

¶ *Variatio per Gradus appellatur Comparatio.*

NOTA. Adjectiva saepe fiunt Substantiva, si nudè ponantur.
In primis, si sine Substantivo, in Genere Neutro ponantur.

Appendix de

PRONOMINE

Pronomen est Nomen vicarium, quod vice Nominis ponitur, in demonstranda aut repetenda re potissimum.

(ut. Ego, Tu, Sui, Ipse, Iste, Ille, Is, Quis, Qui, Hic, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Cujus, Nostras, Vestras, Cujas.)

Est sextuplex:

1. Demonstrativum: Ego, Tu, Sui, Ipse, Ille, Iste, Hic, Is.
2. Relativum: Qui, Is.
3. Reciprocum: Sui, Suus.
4. Interrogativum: Quis, Qui.
5. Possessivum: Meus, Tuus, Suus, Cujus, Noster, Vester.
6. Gentile: Nostras, Vestras, Cujas.

Ex his quadam peculiarem habent modum declinandi, sicut in Formulis Declinationum videre est.

Appendix de
PARTICIPIO.

Participium est Nomen Adjectivum verbale consignificans Tempus. (Est mixta vox e Nomine & Verbo, ex Nomine habet variationem, ex verbo significationem.)

Per omnia sequitur normam Adjectivorum.

Sæpe degenerat in Nomen purum, quando amittit Tempus.

[Significatio penè tota est Verbalis, quare ad verbum rectiùs referretur, nisi variatio terminationum potiùs spectanda esset, operosior quippe & difficilior: Tum etiam Regulis in constructione accommodatior.]

Est vel Temporis,

1. Præsentis.
2. Præteriti,
3. Futuri.

Irregularia.

Irregularia sunt quadruplicia:

1. Deficientia.
2. Redundantia.

3. Mutantia.
4. Indeclinabilia

DEFICIENTIA, vel Numero. (ut sunt singularia tantùm, Pluralia tantùm.)
 vel casu, (sive uno, sive pluribus.)

REDUNDANTIA, vel casu quæ habent plures Nominativi terminationes,
 vel Numero (ut Dualia in Hebræa & Chaldaea.)

MUTANTIA, vel Genus, vel Declinationem.

INDECLINABILIA, quæ nec Numero nec Casu variantur.

V E R B U M.

Accidentia verbi duo sunt.

Modus & Tempus.

MO-

M O D U S

est differentia verbi mixta partim ad loquentis affectus, partim ordinem sermonis indicandum.

Modi pro diversitate linguarum vel sunt plures, vel pauciores.

In Latina & Germanica
sunt quatuor.

1. Indicativus
2. Subjunctivus
3. Imperativus
4. Infinitivus.

In Graeca sunt
quinq.

1. Indicativus
2. Potentialis
3. Subjunctivus
4. Imperativus
5. Infinitivus

In Hebraea, Chaldaea Syria-
ca sunt tres.

1. Indicativus
2. Imperativus
3. Infinitivus.

Ex-Modo, Verbum est vel Infinitum (*Infinitivi modi*) vel finitum (*ex caeteris.*)

T E M P U S,

[est differentia Verbi juxta praesens, praeteritum & futurum.

Tempora pro diversitate linguarum vel plura vel pauciora sunt.

In Latina & Germanica
sunt quinq.

1. Praesens.
4. Praeteritum connexum.
2. Praeteritum (*purum*)
3. Praeteritum antecedens
5. Futurum.

In Graeca sunt
octo:

1. Praesens
4. Praeteritum connexum.
2. Praeteritum (*purum*)
3. Praeteritum antecedens.
5. Praeteritum infinitum 1.
6. Praeteritum infinitum 2.
7. Futurum 1.
8. Futurum 2.

In Hebr. Chal. Syr.
sunt tria.

1. Praesens
2. Praeteritum.
3. Futurum.

§ Variatio per Modos & Tempora, appellatur

Conjugatio.

Conjugationes pro diversitate Linguarum sunt plures vel pauciores.

In Latina
sunt 4.

In Graeca sunt

- 5. simplices.
- 3. contracta
- 4. diducta.

In Germanica

sunt 2.

In Hebraea

sunt 4.

In Chald. & Syriac.

sunt 3.

Quali-

Quælibet constat duabus Formis. [In Græca, etiam tribus.]

¶ In quolibet verbo sunt certa quædam Tempora primaria, à quibus cætera formantur, eaq; ante omnia observari debent.

Verbum est duplex:

1. Activum, quod agere significat.
2. Passivum, quod pati significat.

Activum vel actionem significat transeuntem in aliud, & appellatur Transitiveum.

vel significat actionem immanentem in agente, & appellatur Intransitiveum.

¶ Præter hæc sunt Verba, Essentialia dicta, quæ significant Esse.

Irregularia.

sunt triplicia, Defectiva, Redundantia, Mutantia.

Ad Defectiva pertinent Verba Indeterminata (vulgò Impersonalia) quæ tantùm in tertiis personis variantur, & certam personam non exprimunt.

ADVOCABULUM.

est triplicis generis.

Circumstantivum, Affectivum, Continuativum.

I. CIRCUMSTANTIVUM,

significat circumstantiam aut statum aliquem (Loci, Temporis, Quantitatis, Qualitatis &c.)

[Est vel Completum, sine ope vocis primariæ, vel Incompletum, quod vulgò appellatur Præpositio.]

Est multiplex.

Loci; hic, illic, ibi, istuc, hinc, illinc, istinc, inde, huc, illuc, istuc, eò, hac, illac, istac, ubi, unde, quò, &c.

Temporis; jam, nunc, olim, antea, heri, hodie, cras, mox, citò, semper, nunquam, postea, donec, dum, tunc, antequam, nondum &c.

Quanti-

- Quantitatis; *valdè, saepe, iterum, rursùm, magis.*
 Remissionis; *parum, parumper, ferme, ferè, vix.*
 Qualitatis; *sic, ita, sicut, tanquam, velut, multifariam.*
 Dubitationis; *fortè, fortasse.*
 Affirmationis; *ita, verè, profectò, omninò, certè, sanè.*
 Negationis; *non, nequaquam, haud, haudquaquam.*
 Prohibitionis; *ne, neu.*
 Exclusionis; *præterquàm, solùm, tantùm, duntaxat, saltem.*
 Comitatus; *unà, simul, pariter.*
 Demonstrationis; *en, ecce.*

Appendix de
Præpositione.

Præpositio est vox circumstantiva incompleta, quæ alterius adminiculo indiget ad plenè indicandam circumstantiam.

[ita dicta, quia maximam partem præponitur.]

De iis in qualibet lingua prolixius agitur.

II. AFFECTIVUM.

Significat affectum seu commotionem animi.

Est multiplex.

1. Gaudendi; *evax, id.*
2. Dolendi; *ah, heu, eheu, hei, ò.*
3. Ridendi; *ha ha ha, Irridendi, eja.*
4. Lacrumandi; *eheu, heu!*
5. Admirandi; *papa, oh, phy, hem!*
6. Abominandi; *apage.*
7. Approbandi; *euge.*
8. Metuendi; *atat.*
9. Blandiendi; *sodes, sis.*
10. Irascendi; *oh!*
11. Hortandi; *age, agite.*
12. Minandi; *væ.*
13. Vocandi; *heus, eho, ehodum.*
14. Respondendi; *hem!*

15. Exclamandi, *o*
16. Silentium imperandi, *st, pax.*
17. Verberandi, *tax.*
18. Optandi, *utinam.*

III. CONTINUATIVUM,

significat nexum plurium vocum, ad sententia continuationem.

Est multiplex.

1. Copulae, *&, ac, atq;, nec, neq;*
2. Conditionis; *si, nisi, ni, siquidem.*
3. Disjunctionis; *aut, vel, ve.*
4. Exceptionis; *praterquam.*
5. Concessionis; *quidem, etsi, etiam si, quamvis.*
6. Adversationis; *tamen, attamen, verum, veruntamen, sed.*
7. Causae; *quia, quoniam, quod, enim, nam, quandoquidem, ut, quum, ne, ideo.*
8. Facti *quod.*
9. Conclusionis, *igitur, ideo, iccirco, ergo, quare, quocirca.*
10. Electionis, *quam.*
11. Transitionis, *porro, tum, adhaec, deinceps, praterea.*
12. Explanationis, *nempe, videlicet, scilicet, puta.*
13. Explementi, *quidem, sane, nam.*

*Ex his quaedam semper praponuntur, quaedam semper postponuntur,
quaedam promiscue modo praponuntur, modo postponuntur.*


OBSERVATIO GENERALIS

de Advocabulis.

Multa ad diversas classes referri possunt, pro diverso usu & significatione, ut:

Cum { circumstantivum temporis.
continuativum causa.
propositio &c.

PARS



P A R S T E R T I A

De Vocum Constructione.

Abfolvitur quinque membris.

- | | |
|--------------------------------|-------------------------------|
| 1. De Constructione in genere. | 4. De Continuatione sermonis. |
| 2. De Constructione in specie. | 5. De Disjunctione sermonis. |
| 3. De Variatione sermonis. | |

Constructio in genere.

Voces primariae (*Nomen & Verbum*) constituunt sententiam, seu sermonem. Advocabula autem addunt limites, & circumstantias, ad plenioram intelligentiam & discretionem, ad innuendum affectum, ad continuationem sermonis.

Igitur ad voces primarias praecipue est respiciendum.

Advocabulorum talis est ratio:

1. Circumstantivum additur tam Nomini quam verbo, prout res postulat.
[*Frequentius tamen Verbo additur.*]

¶ *Prepositio, quum sit circumstantivum incompletum, non potest plene circumstantiam indicare, sed ope alterius vocis, praesertim Nominis.*

2. Affectivum vel absolute in sermone ponitur, (*ab initio frequentius,*) vel Nomini additur, quod causam affectus aut etiam personam affectam, exprimit.
3. Continuativum praecipue ad Verbum respicit: interdum etiam ad Nomen.

[*Verbum solum respiciunt, Continuativa, Conditionis, Concessionis, Adversationis, Causae, Conclusionis, Facti.*]

Constructio in specie,

est tripartita;

1. *Convenientiae, quando accidentia vocum congruunt.*
2. *Rectionis, quando accidentia vocum non congruunt.*
3. *Advocabulorum.*

I. Convenientiae.

1. *Nomen agens, additur Verbo Activo (Finito) in Nominativo, eodem Numero ac Persona.*

C 2 2. No-

2. Nomen patiens, additur Verbo Passivo (Finito) in Nominativo, eodem Numero ac persona.
 ¶ Interdum loco Nominativi ponitur Advocabulum, aut Infinitivus, aut integra sententia.
 Imperativus secundæ personæ Vocativum requirit (quia vocativus est secundæ personæ.)
3. Adjectivum, si Substantivum describit, cum illo convenit eodem Genere, Numero, Casu.
 ¶ Sed Pronomen Relativum, non semper eodem Casu convenit cum precedenti Substantivo. Nam ille Casus respicit sequentem vocem.
4. Substantivum, si Substantivum describit, convenit cum illo eodem Numero & Casu.
 ¶ Etiam eodem Genere, si Motionem admittit. Quod si tùm prius sit Neutrum, adjungitur ei Masculinum.

II. Rectionis.

Ea pro diversitate linguarum diversa est. In sequentibus tamen omnes Linguae conveniunt, (qua quidem discrimen casuum agnoscunt.)

1. Nomen agens, si addatur Verbo Passivo, ponitur in Casu Obliquo, cum Præpositione denotante causam agentem.
2. Nomen patiens, si addatur Verbo Activo, ponitur in Accusativo.
3. Nomen, cui aliquid destinatur, attribuitur, accommodatur, derogatur; ponitur in Dativo.
 [Interdum interponitur Præpositio, cum Casu sibi congruo.]
4. Substantivum additum substantivo, per modum proprietatis aut possessionis, in Genitivo ponitur.
5. Quando Duo Verba concurrunt, (quorum unum significat Velle, Possesse, Debere, Nolle) alterum ponitur in Infinitivo.

Cætera speciatim è cujusvis Linguae Constructione petenda sunt.

III. Advocabulorum.

Hæc quoque è singulis speciatim petenda est, cum diversa sit. Continuativa tamen, Copulæ, Disjunctionis, Electionis, Explanationis; solent duas pluresve voces eodem Casu aut Modo, connectere.

¶ Varia-

¶ De Variatione Sermonis.

Unus idemque sermo sæpè pluribus modis efferri potest, atque una sententia diversimodè construi. Id quod tam ad ornatum, quàm ad copiam linguæ in loquendo & scribendo, facit. Fit autem variatio vel ipsarum vocum, vel constructionis solàm. In constructione habet quævis lingua peculiare suas proprietates,

In genere verò, hæc promiscuè efferuntur.

1. Participium — & Pronomen Relativum cum Verbo.
2. Nomen — & Pronomen Relativum cum Verbo Essentiale.
3. Verbum Activum — & Verbum Passivum cum Nominativo patiente, cum Nominativo agente & Præpositione cum Nominativo agente. & Accusativo patiente.
4. Continuativum UT — Præpositio AD cum Gerundio (aut Infinitivo.)
5. Continuativum ET cum Verbo — Participium.

¶ De Continuatione Sermonis.

Continuatur sermo & connectitur, præcipuè per Continuativa Adverbia, (unde & nomen habent) prout varia eorum significatio rei præsentis congruit. Ideò enim tam varia est, ut delectus inter ea pro quavis rei conditione & sensus exigentiâ, haberi possit. Multa etiam idem significant, ut si opus sit, ornatùs causâ aut tædii evitandi gratiâ variatio possit institui. Sunt tamen & alii modi, continuandi sermonis, ut:

Per Pronomen Relativum.

Per Participium.

Sæpè etiam sermone absoluto, nova sententia immediatè inchoatur absque ulla connexionem.

¶ De Distinctione Sermonis.

Sicut completus sermo multis membris constat, ita eadem majoris perspicuitatis ac discriminis causâ, per certa intervalla dispescuntur, quæ in loquendo quidem innuuntur morâ, in scribendo autem, signis distinctionum. Atque hæc signa in Elementario cujusque Linguæ, descripta sunt.

F I N I S.

C 3 RESI.



RESIDUUM

UNIVERSALIS GRAMMATICÆ,
de Natura & proprietatibus Linguarum
in communi.

SERMOCINATRIX

est ars proferendi sensa animi per sermonem.

(sive dictum sive scriptum.)

Seu; ars bene loquendi ac scribendi.

[Sicut autem Locutioni respondet Intellectio;

Ita Scriptioni respondet Lectio, seu recognitio.]

Sermo est nota conceptuum mentis, vocibus comprehensa (vel est Index animi per voces, sive dictas sive scriptas.)

[Quicquid enim loquimur, vel scribimus, Vocibus conficitur.]

Vox est nota conceptus mentis separata. (sive ore pronuntietur, sive figuris scribatur.)

Ejus Materiale, est sonus articulatus. Formale, significatio. Qua quia variè imposita est ab hominibus, hinc varia sunt Lingua, eaq; inter se diversa alia magis alia minus.

Accidunt Sermocinatrici in communi:

1. Congruentia & Incongruentia — & hinc consequens.
2. Regularitas & Irregularitas — Analogia & Anomalia.
3. Loquela — Dialectus
4. Peregrinitas — Xenismus { Barbarismus
Solæcismus.
5. Antiquatio & Novitas — Archaismus & Neoterismus
6. Proprietas & Improprietas — κενολογία & ἀκυρολογία.
7. Ambiguitas — ἀμφιβολία.

CON-

CONGRUENTIA est similitudo plurium vocum aut sermonum inter se, ex qua extruitur communis Regula, velut ex particularibus universale. **I**NCONGRUENTIA contra dissimilitudo unius vel aliquot vocum, quæ Regulam impediunt vel limitant.

Hinc oritur **R**EGULARITAS & **I**RREGULARITAS; Unde aliqua vox sermone dicitur Regularis vel Irregularis. Nam sicut congruentia est in pluribus, ita Regularitas est in uno.

LOQUELA appellatur vocis aut sermonis variatio juxta diversitatem regionis in una lingua (autore Corn. Front.) [Sæpe enim fit, ut pro diversitate regionum una eademque natio non nihil in lingua variet, vel quoad ipsas voces, vel quoad vocum elementa, affectiones, aut constructionem: id est, ut vel habeat peculiare voces cæteris regionibus non usitatas, aut voces easdem quidem habeat cum cæteris communes aliter tamen prolatas aut affectas aut constructas.]

PEREGRINITAS est, vocum ex alia lingua illatarum, aut affectionis vel constructionis, ita scilicet ut peregrina origo manifestò remaneat.

[Sunt enim multæ voces ex alia quidem lingua ortæ, sed tamen in suam linguam implantatæ & civitate quasi donatæ, ut pro peregrinis non debeant amplius haberi, veluti apud Latinos Pater, Mater, Fama, Vinum, Mâlum, Pœna &c. è Græca.]

Estque vel in ipsis vocibus tantùm, vel etiam in affectionibus & constructione.

[Huc in specie pertinet Hebraismus, Hellenismus seu Græcismus, Latinismus Xenismus autem quando in vitio ponitur duas species habet, Barbarismus in vocibus separatis, Solæcismus in constructis.]

ANTIQUATIO est, quando vox aut vocum affectio aut constructio prisca seculis usitata, progressu temporis in usu esse desinit.

NOVITAS contra, quando vox aut vocum affectio aut constructio prisca seculis inusitata, successu temporis in usum introducitur.

[Quod non nisi certis casibus privato concessum est, flagitante scilicet necessitate & præeunte speciali analogia.]

PROPRIBITAS est, prima significationis impositio.

IMPROPRIETAS est, adventitia significationis impositio, (sive à similitudine aliqua, sive ab utro rei, sive aliunde, desumpta.) [Ex hac originem sumit doctrina Troporum in Oratoria.]

AMBIGUITAS est, unius vocis in significando varietas.

(sive ex accidenti sive studio illata.)

Ex his patet, Sermocinatricem oriri ex ea parte prima Philosophia, qua agit de Signis seu Notis.

Partes Sermocinatricis sunt duæ:


1. LEXICA seu VOCABULARIA, de vocum significationibus.
2. GRAMMATICA, de vocum elementis, differentiis, coordinatione.

Unde Grammaticæ tres partes oriuntur.

- I. ELEMENTARIA, de vocum Elementis seu principiis, nempe Literis ac Syllabis.
- II. DIGNOTIVA, de vocum differentiis, è quibus dignoscuntur, eorumque Affectiones & Species perspiciuntur.
- III. CONSTRUCTIVA, de vocum coordinatione seu constructione, quæ Sermonem constituit.

¶ Lexica voces omnes, certo quodam ordine dispositas, suppeditat tanquam materiam in quam artifex agat, & ex ea sermonem artificiosè producat. Peculiari libello comprehensa est.

[Naturalis partitio Sermocinatricis, talis est: 1. de Elementis, materialibus vocum. 2. de Significatione, formali vocum. 3. de Dignotione, differentiis & affectionibus significationum in vocibus. 4. de Coordinatione vocum in constituendo sermone. Quia tamen Lexica commodius à Grammatica separatur, libuit nunc vulgatum ordinem retinere.]



P A R S P R I M A

Grammaticæ

DE VOCUM ELEMENTIS.

Vocum Elementa sunt, Literæ ac Syllabæ.

I. L I T E R Æ.

Litera est elementum vocis incomplexum (seu simplex.)

Litarum figuræ, numerus, ordo, usus, pro diversitate linguarum, sunt diversi.

Literis accidit Irregularitas in Defectu, Redundantia, & Mutatione.

Quæ quia cum Irregularitate Syllabarum convenit, eò rejicitur.

Literæ

Litteræ dividuntur in Vocales & Consonantes.

Vocales,

quæ per se sonum pleum edunt, ut, a, e, i, o, u.

Harum duæ si coalescant, appellatur id Bivocalis, eaque plerumque mixtum sonum exhibet, ut æ, au, eu, ce.

Vocalibus accidunt duo:

1. *Quantitas*, modus pronuntiandi cum differentia moræ. Unde vocales sunt in triplici differentia:

Longæ, quæ cum mora proferuntur.

Breves, quæ sine mora proferuntur.

Communes, quæ utroque modo proferri possunt.

[In quibusdam Linguis peculiaria signa sunt Quantitatis.]

2. *Accentus*, modus pronuntiandi cum differentia elevationis aut depressionis soni.

Estque triplex:

Acutus, qui vocalem pronuntiando elevat.

Gravis, qui vocalem pronuntiando deprimit.

Circumflexus, qui vocalem pronuntiat tractum, incipiendo ab elevatione, & desinendo in depressione.

[In quibusdam Linguis peculiaria sunt signa Accentuum, eaque varia.]

Consonantes

quæ non nisi adminiculo vocalium plenè pronuntiari possunt.

Earum alie sunt.

1. Gutturales	{ qua præcipue for- mantur & pronun- tiantur	Gutturæ	— b
2. Faucales		Faucibus	— c g k j q
3. Palatinæ		Palato	— d n t
4. Dentales		Dentibus	— s x z
5. Labiales		Labiis	— b f m p v w
6. Linguales		Lingua	— l r

D

I. SYL.

I. SYLLABÆ.

Syllaba est elementum vocis complexum, è litera & accentu.

Est triplex.

Pura, ex unica vocali constans, a, e, i, o, u, y.

Coalita, è bivocali constans, æ, au, ei, eu, æ.

Mixta, è vocali & consonante, vel bivocali & consonante.

[Quarum exempla innumera sunt.]

Ex numero Syllabarum vox est vel.

UNISYLLABA, quæ unicâ Syllabâ constat.

PLURISYLLABA, quæ pluribus Syllabis constat.

Nempè vel Bisyllaba, Trisyllaba, Quadrisyllaba, &c.

Syllabæ accidunt tria:

Quantitas, Accentus, Coordinatio.

[Quantitatem & Accentum habet ex vocali, ut supra dictum.]

Quantitas.

Ex qua Syllaba est, vel Longa, vel Brevis, vel Communis.

Longa vel naturâ (quæ constat vocali longa aut bivocali) vel positione longâ.

Brevis vel naturâ (quæ constat vocali brevi) vel positione brevi.

Communis, quæ modò longa, modò brevis est promiscuè.

Positio longa est, quando vocalem aut bivocalem sequuntur duæ consonantes.

Positio brevis est, quando vocalem aut bivocalem sequitur alia vocalis aut bivocalis.

[In lingua Latina, si signa Quantitatis in vocalibus usitata essent, brevi compendio cujusque Syllabæ quantitas sciri posset, Et non opus foret tot Regulis de cognoscenda Syllabarum quantitate.

Verbi gratia; a e i o u, vel, æ ei eu; Sicut in lingua Hebræa, ex ipsa vocali, statim Syllabæ quantitas agnoscitur.]

Accentus, ut supra:

Regulæ de Accentibus pro diversitate linguarum diversæ sunt:

Coordinatio

est apta litterarum ad eandem Syllabam pertinentium coagmentatio

& discretio.

Regula

Regula de Coordinatione Syllabarum.

2. Syllabæ ad eandem vocem pertinentes, sunt conjungendæ, ita ut voces singulæ separatim scribantur, relicto inter eas interstitio.

[In pronunciando verò hoc non observari solet, quamvis artis accurata norma id requirat, in primis quando lingua ignota docetur ac discitur.]

1. Literæ ita sunt conjungendæ, ut apices sursum eminentes, & pedunculi deorsum prominentes, protrahantur, corpora verò æqualiter in linea correspondeant.

IRREGULARITAS SYLLABARUM

consistit vel in Defectu, vel in Redundantia, vel in Mutatione.

IN DEFECTU.

Ablatio (Aphæresis) — ab initio — am (pro, eam)
 Intercisio (Syncope) — in medio — audii (pro, audivi)
 Abcisio (Apocope) — in fine — tun' (pro, tuné)
 Contractio (Crasis) — duæ Syllabæ in unam — dis (pro, diis)

IN REDUNDANTIA.

Appositio (Prosthesis) — ab initio — gnatus (pro natus)
 Interpositio (Epenthesis) — in medio — indugredi (pro ingredi)
 Protractio (Paragoge) — in fine — dicier, (pro, dici)
 Divisio (Dixeresis) — una Syllabæ è duabus — solvio (pro, solvo.)

IN MUTATIONE.

Correptio (Systole) — correptio Syllabæ longæ — steterunt (pro, steterunt)
 Productio (Diastrale) — productio Syllabæ brevissimæ — mêlos (pro, mêlos)
 Permutatio (Antistæchon) — permutatio literæ — olli (pro, illi)
 Transpositio (Metathesis) — transpositio literæ — i præ (pro, præ)
 Dislocatio (Tmesis) — transpositio Syllabæ unius vel plurium — quæ me cumque (pro quæcumque, me)

[Hæ irregularitates, (quas Figuras vulgò vocant) quando & ubi & quo discrimine locum habeant, in specie Syltemata Grammaticæ in quavis lingua ostendunt.]

FINIS PARTIS

Elementaria.

D. CHRISTOPHORI
H E L V I C I
GRAMMATICA
L A T I N A.



Cum Privilegio Caesarea
G I E S S Æ
Typis & Impensis Casparis Chemlini.

ANNO M. DC XIX.

NOMEN.

In Nomine sunt duo Accidentia.

Genus & Casus.

GENUS

Agnoscutur ex terminatione
in quavis Declinatione.

CASUS

sunt sex, de quibus notandæ
sunt hæ tres generales

Regulæ:

1. Vocativus similis est Nominativo.

[Excipe terminationem in US, in secund. Declinatione : Item Nomina peregrina.]

2. Dativus & Ablativus in Plurali, semper sunt similes.
3. Neutra ubique habent tres similes Casus, Nominativum, Accusativum & Vocativum.

[Et terminantur in A in Plurali.]

Declinatio.

Declinationes sunt quinque:

- I. PRIMA est, quæ Genitivum & Dativum singularem terminat in Æ.

Nominativus habet unam terminationem, A.

- II. SECUNDA est, quæ Genitivum Singularem terminat in I, Dativum in O.

Nominativus habet 3. terminationes, ER, US, UM.

- III. TERTIA est, quæ Genitivum Singularem terminat in Is, Dativum in I.

Nominativus habet novem terminationes:

E, O, C, I, N, R, S, T, X.

- IV. QUARTA est, quæ Genitivum Singularem terminat in Us, Dativum in UI.

Nominativus habet duas terminationes, US, U.

- V. QUINTA est, quæ Genitivum & Dativum Singularem terminat in EI.

Nominativus habet unam terminationem ES.

SUB-

Latina.
SUBSTANTIVORUM
 Genus & Casus
 per singulas Declinationes.

Prima Declinationis.

EXCEPTIONES GENERIS.

In A, Fœminina sunt.

¶ *Dativum & Ablativum pluralem in ABUS formant hæc:*

*anima asina amba dua dea equa fili-
 berta nata mula socia serva conserva.
 Ceteri Casus è Formulis Declinationum
 patent.*

Excipe Masculina, Verbalia personam si-
 gnificantia.

[ut: advena accola, agricola, alienigena,
 auriga, collega, conviva, convena, cor-
 nupeta, crumenifeca fœni/eca, fratrici-
 da, matricida, parricida, sororicida, ho-
 micida, hæredipeta, incolæ, indigena,
 lucifuga, perfuga, pincerna, scriba, trans-
 fuga, verna, &c.]

Item hæc: apella, lixa, popa, Papa, rabula,
 lanista, femilixa, satrapa, scurra,

Secunda Declinationis.

In ER, Masculina sunt.

¶ *Genitivus ab ER, fit in RI.*

[abjecto e]

Excipe in cri, ab his: adulter gener puer
 presbyter sacer. Et compositis à FERÒ,
 GERÒ, ut armiger, furcifer.

In US, Masculina sunt.

¶ *Vocativus ab US, fit in E.*

Excipe 1. Deus, ò Deus.

2. Meus, ò mi.

3. A Propriis in IUS fit Vocati-
 vus in I (abjecto US) ut Claudius,
 ò Claudi. Sic & filius, ò fili.

In UM, Neutra sunt.

[Ad secundam Declinationem pertinet
 in IR unicum, Masculinum, Vir, unà cū
 Compositis: quod vide in Formulis De-
 clinandi.]

Unicum item in UR Adjectivum sativum
 quod vide infra.]

1. Fœminina; alvus humus
 vannus.

Item, Arborum & Fruticum no-
 mina, ut: alnus pomus, pyrus,
 fagus, ornus, ulmus, &c.]

Excipe
 ab US

[Sed Dumus & Spinus ma-
 nent Masculina.]

2. Communia } carbasus grossus,
 pampinus, pha-
 selus, rubus.

3. Neutra; Virus, pelagus.
 [Vulgus est Neutrum & Mascu-
 linum.]

Tertia Declinationis.
MASCULINA sunt.

In O;

Genitivo ōnis.

Sed ī nis, cardo, homo, margo, ordo, turbo, tendo;

In IL, OL, UL;

Genitivo īlis ōlis ūlis.

In ER;

Genitivo ēris.

¶ *Quanam sunt Declinationis Tertia in ER?*Sed { bris; imber (cum compositis) September, October, November, December.
tris; accipitor, frater, pater, opiter, sequester, ater, venter.

Quadragesima; nempe Decem prater enumerata: aer, ather, agger, anser, asser, carcer, laser, passor, vomer, vesper. [Cetera in ER sunt secundæ.]

In OR;

Genitivo ōris.

In ES; Genitivo crescentia:

es in	{	icis; ames, castus, coles, eques, fomes, gurgas, hōstis, limas, merges, palmas, pedes, poplari,
		rafes, stipes; sacelles, sospes, tramos, termes, tudes, vales,
		idis; obfes, praefes. icis; coles, lebes, magnus, tapes.
		ecis; aries, paries. edis; pes, corripes, sonipes.

¶ Pras, -adis. Bes -effis.

In OS;

Genitivo ōris.

Sed nepos -ōtis.

In NS;

Genitivo ntis.

In EX;

Genitivo īcis.

Sed { verrex — icis.
rex — egis.
grex, aquilex, lelex — egis.
remex — igis.
saxifex, resex — ecis.
senex — senis.

Mac

Hæc pagina continet Exceptiones Generis.

Excipe Fœmina in O. { Verbalia à supino orta in I O.
His similia sunt; alluvio, colluvio, eluvio, communio, consortio, concio,
contagio, ditio, legio, mentio, natio, optio, portio, proportio, perduellio,
regio, religio, seditio, talio, unio, usucapio.
Plurisyllaba in D O, G O } Genitivo ï nis.
Grando Virgo ————— }
Caro ————— carnis.

COMMUNE nemo ————— ï nis.

Excipe in ER, { 1. Fœminina; laver, mulier, tuber (art baum)
mater, linter ————— tris.
2. Neutra; acer, cadaver, laser, piper, papaver, filer, sifer, suber, tuber,
(schwulst) uber, spinter, (verber)
Iter & itiner ————— itin, eris. Ver ————— vëris.

Excipe in OR, { 1. Fœminina; soror, uxor, (arbor ————— òris.)
2. Neutra; ador, aquor, marmor, ————— òris.
(cor ————— cordis.)

Excipe in ES, Genitivo crescentia, 1. Fœminina; ————— es in { ètis; abies, seges, teges.
2. Neutrum; as, aris. { ètis; quies, inquietus, requies.
3. Communia. ————— es in { ï tis; ales, antistes, { èdis; merces.
comes, miles. { èdis; compes.
ètis; indiges, interpres.
èdis; hares.

Excipe in OS { 1. Fœminina; glos ————— òris: cos, dos ————— òtis: arbor ————— òris.
2. Communia; bos ————— òvis: custos ————— òdis: sacerdos ————— òtis.
3. Neutra; os ————— òris mund: os ————— ossis, bein.

Excipe in NS { 1. Fœminina; frons, stirt, lens, lins, bidons, schaaß / continens.
(Sed frons; zweig / lens, nist / glans, nefrens, juglans. Ge-
nitivo ndis.)
2. Communia; adolescens, cliens, parens, serpens. [Parentes in plu-
rali est Masculinam tantum.]
3. Neutrum; ens. Omne; animans.

Excipe in EX { Fœminina; atriplex, carex, forfex, ilex, pellex, vitex, ————— ï cis.
(fex, halex ————— ècis. nex ————— ècis.
lex ————— ègis. supellex ————— ecti is.
Communia; index, judex, yindex.

F O E M I N I N A sunt,

In AS;

Genitivo ātis.

- Sed anas — ātis.

In ES;

Genitivo mutant ēs in īs.

In IS;

Genitivo retinent īs.

In US;

Sed { *cus, bis, cassis* — īdis.*glis* — īris. *lis* — ītis

Genitivo retinentia U,

hoc modo: { *ūcis; iuventus, senectus, servitus, salus, virtus.*
ūdis; incus, palus, subsocus. ¶ laus, fram ādis.
 US in { *ūdis; pecus.*
ūris; tellus.

In BS, PS;

In LS, MS, RS;

In AX;

In IX;

Genitivo bis, pis.

Genitivo ltis, mis, rtis.

Genitivo ācis. Sed fax — ācis.

Genitivo īcis.

Sed { *īcis; appendix, coxendix, filix, fulix, helix,*
larix, pix, pistrix, salix.
īgis; stris. īvis; nix.

In OX;

n UX;

In LX, NX, RX;

Genitivo ōcis. Sed nox — noctis.

Genitivo ūcis. Sed nux, crux — ūcis.

Genitivo mutant X in cis.

Excipe

Grammatica

8

N E U T R A sunt,

In E; Genitivo is [mutato e in is]

In C; Genitivo, lac, lactis, haec, haecis.

In AL; Genitivo, alis.

In EL; Genitivo, ellis. mel, fel.

In EN; Genitivo, nis.

In AR; Genitivo aris.

Sed { jubar, nectar, par, baccar, cappar,
aris. ¶ Far, farris.

In UR; Genitivo uris.

Sed ebur, famur, jecur, robur -- oris.

In T; Genitivo, tis caput, occiput, sinciput

In US; Genitivo mutantia U.

US in { corpus, decus, facinus, foenus, frigus,
oris. { latus, nemus, pectus, pignus,
penus, tempus, tergus.

US in { acus, foedus, furus, genus, glomus, la-
oris { cus, manus, olus, omus, opus, pondus,
rudus, scelus, sedus, viscus, vellus, vul-
nus, ulcus.

EXCEPTIONES GENERIS.

Excipe in AL Masculinum / alis.

Excipe in EN Masculina { 1. Composita à Cans; corni-
nicen, fidicen, lyricen,
rubicen, tibicen.
2. flamen, weihprieſter/
pollen, peſſen.
3. Genitivo Enis; attagen,
lien, lichen, ren, ſplen.

Excipe in AR Communia; par, com-
par -- aris.

Excipe in UR { Masculina, furfur, turur,
vulur (fur, trifur -- uris)
Commune; augur.

Excipe Masculinum; lepus -- oris.

Fœmininum; Venus -- oris.

CASUS

CASUS CÆTERI IN III. DECLINATIONE.

Dativus definit in I.

Accusativus in E M.

Excipe: A nonnullis in IS, Accu-
sativus definit in IM. } qua vi-
de in }
Ab octo in IS, Accusativus defi- } Form.
nit in E M & IM. } declin.

Ablativus definit in E.

Excipe, Ablativum in I. Vel promiscue
in E. & I.

¶ Ablativum in I. terminant:

1. Neutra in E, AL, AR.

[Præter baccar, cappar, jubar, nectar,
far---in e.]

2. Mensurum nomina in IS &
ER.

3. Quorum Accusativus defi-
nit in IM.

4. Adjectiva in IS. [duarum
terminationum]

[Et sic Adjectiva redundantia in IS vel
ER. Item quedam substantiva in IS,
qua vide in Formulæ Declinationum.]

¶ Ablativum in E & I terminant.

1. Quorum Accusativus defi-
nit in E M & IM.

2. Adjectiva unius termina-
tionis.

[Excipe: in Itatim, memor, immemor, par,
vigil, artifex. Et in AS terminata.
In Etantum; pauper, senex, comes, ho-
spes, sospes.]

3 Comparativi.

4. Substantiva quedam in IS, qua vide
in Formulæ Declinationum, Item; tri-
dens, supellex, occiput.

CASUS PLURALES 3. De-
clinationis.

Nominativus & Accusativus
plurales desinunt in ES;
Neutorum verò in A.

Genitivus in UM.

¶ Excipe:

Neutra in IA; Genitivos in IUM.

1. Ab Ablativo Singulari in I,
vel in E & I; sunt pluralia
Neutra in IA, Genitivi in-
IUM.

Præter Comparativos, qui retinent
A, & UM.

[Sic etiam Vetus, Bicorpor, Tricorpor. His
adde sequentia, qua Genitivum in UM
faciunt: ales, bipes, tripes, quadrupes,
celor, bigener, congener, degener, pauper
puber, impuber, uber, memor, imme-
mor, inops, deses, reses, superstes, præs,
artifex, supplex, vigil, pervigil. Et com-
posita à color. Et Substantiva hæc: juve-
nis, mugilis, strigilis, occiput.]

B

I. Ab

2. Ab ES & IS, non crescentibus Genitivo singulari; est Genitivus IUM.

[Prater; canis, panis, juvenis, mugilis, strigilis, vates --- um.]

Sed ab his; apis, cades, clades, sedes, volucris, est um & ium.]

3. Ab NS & RS; est IUM.

[In plurisyllabis saepe est um (pro ium) compendii causa.]

4. Ab unisyllabis, est IUM.

[Prater: bos, crux, dux, frux, flos, fur, grex, grus, lex, lynx, mos, nux, pes, pras, rex, ren, splen, sus, strix, vox: quae habent -- um. Sed laus, frans, mus, crux, fex -- um & ium.]

5. A Pluralibus tantum; est IUM.

[Prater, ambages, caelites, opes, primores, penates, lemures, Luceres --- um.]

6. Denique ab his, est IUM, caro linter, sequester, uter, Venter, Quiris, Samnis, deunx, quincunx, sepcunx.

[A fornax, est --- um & ium.]

Dativus & Ablativus desinunt in IBUS.

Excipe; Bos, b^ob^us & b^ub^us. Sus, sui bus & subus.

Vocativus utrobique similis est Nominativo.

Quarta Declinationis.

In U S Masculina sunt.

Excipe.

(Arborum nomina; f^ocus, feigenbaum v^on feigen / cornus, laurus, pinus, quercus. Item: acus, nadel / anus, domus, manus, nurus, porticus, socrus, tribus.

2. Communia; colus, penus, specus,

¶ Quam sunt 4. Declinationis in US?

I. Verbalia Substantiva à supino orta.

[Exceptis his Secunda: cubitus, fusus, lectus, legatus, punctus, sponsus, ventus.]

II. Derivata Substantiva in A TUS.

[Quae significant statum aut officium.]

III. Haec Masculina; arcus, artus, anfractus, astus, astus, castus, cœtus, currus, fastus, factus, gradus, gustus, impetus, incestus, lacus, luxus, lessus, metus, portus, passus, quastus, ritus, ructus, sexus, situs, saltus, singultus, sinus, testus, tumultus, vultus.

IV. Fœminina & Communia, paulò antè enumerata.

In U, Neutra sunt.

¶ De Dativo & Ablativo Plurali.

Dativum & Ablativum pluralem in ubus formant:

E. Mascu-

E Masculinis; *arcus, antus, lacus.*
 E Fœmininis; *acus, ficus, quercus, tribus.*
 E Neutris; *veru.*
 E Communibus; *specus.*
 [*Vtrog, modo in i bus & ūbus formant;*
portus, questus.]

Quinta Declinationis.

In ES Fœminina sunt.

Excipe Masculinum *Meridies.* Com-
 mune, *Dies.*

¶ *Quanam sunt 5. Declinationis in ES?*

I. Omnia in IES terminata.

[*Exceptis sex Tertia; abies, aries, paries,*
quies, inquis. Et requies, quod tam ad
terciam quàm quintam pertinet.]

II. Res, fides, spes. [*Qua in Genitivo &*
Dativo habent ei breve.]

¶ *Genitivus & Dativus ab IES,*
d. finit in iei.

[*Pluralis Numerus rard usurpatur in hac*
Declinatione, praterquàm in sex hisce,
acies, facies, dies, res, species, spes.]

Regulæ Generales,

DE GENERE SUBSTANTIVORVM.

Masculina sunt omnia,

1. Nomina propria Virorum, Dei, Angelorum, & Deorum gentiliū.
2. Gentilia unius terminationis.

3. Nomina Mensium, Montium, Ventorum.

4. Nomina Fluviorum. [*Exceptis Fœmininis in A; Neutris in UM.*]

5. Partes assis.

6. Pluralia in I.

Fœminina sunt omnia,

1. Nomina propria Mulierum, & Dearum gentiliū.

2. Nomina Regionum Insularum, & Urbium.

[*Excipe Masculina, pluralia in I. Et Sulmo, Hippo, Croto, Epidaurus. Deinde Neutra in E, UM, UR.*]

3. Pluralia in Æ.

Neutra sunt omnia,

1. Nomina materialiter posita [*id est, respectu literarum & syllabarum, non significationis nativæ.*]

2. Pluralia in A.

Hæ Regulæ Generales (ubi non habent additam Exceptionem) derogant & prevalent Terminationi [seu Regulæ superioribus è terminatione desumptis.]

ADJECTIVORVM

Genus & Casus.

- I. Adjectiva trium terminationum; sunt in I. generis Masculini, in II Fœminini, in III. generis Neutri.

II. Adjectiva duarum terminationum; sunt in priore generis Communis, in posteriore generis Neutri.

III. Adjectiva unius terminationis; sunt generis Omnis.

Trium Terminationum.

ER A UM.

US A UM.

[Et unicum in UR, A, UM, satur, saturum, saturum.]

Redundantia quaedam in ER, alias terminationes asciscunt, quas vide in Residuo Grammatica.]

Omnia Adjectiva in ER sunt trium terminationum.

[Præter hæc: pauper, puber, impuber, bigener, degener, congener, uber, unius tantum.]

Omnia Adjectiva in US sunt trium terminationum.

[Præter vetus intercus.]

¶ Adjectiva trium terminationum pertinent in terminatione A ad Primam Declinationem; in cæteris ad Secundam.

Ab ER, fit Genitivus in RI [abjecto e.]

Excipe in æri, asper, gibber, lacer, liber, miser, prosper, tener.

Et composita à FERRO, GERO, ut frugifer, aliger, &c.

[A Dexter, est dextri & dexteri.]

Quo modo ab ER fit Genitivus, eodem modo fit terminatio A & UM.

ut: Niger nigri nigra nigrum
Asper asperi aspera asperum.

[Sic & satur saturiatura saturum.]

Duarum Terminationum.

IS & E.

OR & US.

Omnia Adjectiva in IS, sunt duarum terminationum.

[Præter dis.]

Omnes Comparativi desinunt in OR, & sunt duarum terminationum.

¶ Adjectiva duarum terminationum, pertinent ad Declinationem Tertiam.

Ab IS & E, Genitivus fit in IS. [abjecto e.]

Ab OR & US, Genitivus fit in ōris.

Unius terminationis.

¶ Adjectiva unius terminationis, pertinent ad Declinationem Tertiam.

Terminationes sunt istæ:

IL; Genitivo, ī li s, vigil, pervigil.

AR; Genitivo āris: par (cum Compositis.)

ER; Ge-

ER; Genitivo ēris: pauper, puber, impuber, uber, ligener, congener, degener.

OR; Genitivo ōris: memor, immemor. Et composita à Corpus, Decus, bicorpor, indecor, &c.

[Excipe in ōris, composita à color, concolor, discolor, &c.]

UR; Genitivo ūris: cicur.

AS; Genitivo ācis. Gentilia, ut Arpinās, Aquinās. Et Pronomina tria: Nostrās, Vestrās, Cujās.

ES; Genitivo

{ ītis: ales comes dives praedives sospes (hospes) superstes.

{ īdis: deses reses (preses)

{ ētis: herbes praepes perpes teres.

{ ētis: inquietus locuples mansuetus.

{ ēdis: Composita à Pes.

[A pubes & impubes est Genitivus impubis & pubis. Dicitur etiam Impubis, &c.]

IS; Genitivo īris dis.

OS; Genitivo ōcis, compos, impos. [Sed exos, ofis.]

US; Genitivo, vetus, veteris, intercius, ūcis.

NS; Genitivo ntis [mutato S in tis.]

EPS; Genitivo { īpis: particeps, princeps.
{ īptis: Catera composita à Capiō & Caput, ut, anceps, praiceps, &c.

OPS; Genitivo ōpis, inops.

RS; Genitivo { r̄tis: consors, exors, expers, iners, follers.

{ r̄dis, in compositis à Cor, excors, discors, &c.

AX; Genitivo ācis.

EX; Genitivo ēcis: artifex. Et omnia in plex.

Excipe; Senex, sēnis: feminex, seminē cū Exlex, exlēgis.

IX; Genitivo īcis: felix infelix pernix.

OX; Genitivo ōcis, atrox, velox, ferox.

Excipe; Pracox--ōcis. Pernox--ōcis.

UX; Genitivo ūcis: trux, redux.

Vbi exempla ascripta sunt; ibi scias, nulla alia ejus terminationis reperiri.

Ceteros Casus vide supra inter Substantiva, III. Declinationis.

ADJECTIVORUM

Comparatio.

Positivus	Comparativus	Superlativus
Doctus, a, um,	doctior	doctissimus.
Fortis, e	fortior	fortissimus.
Sapientis	sapientior	sapientissimus.
Locuples	locupletior	locupletissimus.
Dis	ditior	ditissimus.
Iners	inertior	inertissimus.
Audax	audacior	audacissimus.
Felix	felicior	felicissimus.

Sed

Liber, era, um liberior libertimus
Niger, gra, nigrum nigrior nigerrimus.

REGULÆ.

1. Comparativus fit, adjecta ad Casum Positivi in I desinentem, Syllaba OR. [Et in Neutro US.]
2. Superlativus fit adjectis ad Casum Positivi in I desinentem, Syllabis SSIMUS.

[Excipe: Positivus in ER; adjicitur RIMUS.]

B 3

Compa-

Comparatio Irregularis.

Positivus	Comparativus	Superlativus.
Bonus, a, um	melior	optimus.
Malus	pejor	peffimus.
Magnus	major	maximus.
Parvus	minor	minimus.
Multus	*	plurimus.

[Comparativo Neutro plus.
Plurali, plures. plura.]

Agilis	agilior	agilimus.
Facilis	facilior	facilimus.
Gracilis	gracilior	gracilimus.
Humilis	humilior	humilimus.
Similis	similior	similimus.
Imbecillus	imbecillior	imbecillimus.
Imbecillus	imbecillior	imbecillissimus.
Nequam	nequior	nequissimus.
Nuperus	nuperior	nuperrimus.
Exterus	exterior	extremus & extimus.
Inferus	inferior	infinimus & imus.
Superus	superior	supremus & summus.
Maturus	maturior	maturissimus & maturrimus
Posterus	posterior	postremus.
Vetus	veterior	veterrimus.

Maledicus maledicētor maledicētissimus.
Benevolus benevolentior benevolētissimus.
Magnific⁹ magnificētor magnificētissim⁹.

[Et sic alia composita à verbis
Dico, Volo, Facio.]

Acer, & acris acrior acerrimus.
Alacer, & alacris alacrior alacerrimus.

Celeber, & celebris celebrior celeberrimus.
Celer, & celeris celerior celerrimus.
Saluber & salubris salubrior saluberrimus.

DEFICIENTIA GRADU.

Positivo

citerior	citimus.
interior	intimus.
ulterior	ultimus
deterior	deterimus
licentior	licentissimus
ocior	ocissimus
prior	primus
propior	proximus

Superlativo

Cecus	cacior
Comis	comior
Declivis	declivior
Flebilis	febilior
Ingens	ingentior
Infinitus	infinitor
Iuvenis	junior
Longinquus	longinquier
Pronus	pronior.
Proclivis	proclivior
Senex	senior
Sinister & sinistimus	sinisterior
Supinus	supinior
Silvester	silvestrior
Stabilis	stabilior.
*	anterior

Appendix de

PRONOMINE.

Pronomen est sextuplex:

1. Demonstrativum; Ego, Tu, Sui, Hic, Is, Iste, Ille.

2. Rela

2. Relativum; *Is, Ipse, Ille, Qui.*
3. Reciprocum; *Sui, Suus.*
4. Interrogativum; *Quis vel Qui? Cujus? Cujas?*
5. Possessivum; *Mens, Tuus, Suus, Noster, Vester, Cujus.*
6. Gentile; *Nostras, Vestras, Cujas.*

In univertum sunt viginti.

Ego, Tu, Sui
Hic, Is, Iste, Ille, Ipse
Quis, Qui? Qui } undecim primitiva.

Mens, Tuus, Suus
Noster, Vester, Cujus
Nostras, Vestras, Cujas. } Novē derivata.

GENUS

Est Masculinum, Fœmininum,
 Neutrum, Omne

¶ *Ego Tu sui* sunt generis Omnis & Substantiva.

Cætera sunt Adjectiva, & cognoscuntur ut in nomine Adjectivo.

CASUS

se habent ut in Nomine.

Declinatio Pronominum.

Primitiva peculiari modo declinantur [vide formulas Declinationum]

Derivata declinantur sicut Nomina.

¶ De Genitiivis pluralibus, *Nostrum, Vestrum*, notandum: Eos usurpari tantum in sensu distributivo [uter nostrum?]

quidam nostrum, quis vestrum]
 Item eum vocum distributarum & collectivarum Genitivis pluralibus, omnium, multorum, aliquorum, plerorumque.

Appendix de PARTICIPIO.

Tempus

Est triplex:

1. PRÆSENS; definit in NS (unius terminationis)
2. PRÆTERITUM; definit in TUS, SUS, XUS (trium terminationum)
3. FUTURUM; definit in URUS, NDUS (trium terminationum)

¶ Futurum in NDUS significat semper passive, necessitatem aut officium.

Genus & Casus

se habent ut in Nomine.

V E R B U M

Modus.

Est quadruplex:

Indicativus seu Directus, Subjunctivus seu Indirectus
 Imperativus Infinitivus.

¶ Tres priores appellantur Finiti, & verbum in tali modo appellatur Finitum.

¶ Ad

Ad Infinitivum referuntur Supina.

Unum in UM { qua alterius non fle-
Alterum in U { ctuntur.

Tempus { Praesens.
Imperfectum.
Est quintuplex { Perfectum.
Plusquamperfectum.
Futurum.

Conjugationes


sunt quatuor, & quaelibet habet duas formas

Activam unam, { Activa definit in O
Passivam alteram { Passiva--- in OR.

- I. Qua habet A longum
 - II. Qua habet E longum
 - III. Qua habet E breve
 - IV. Qua habet I longum
- ante RE In-
finitivi.

Tria Tempora imprimis sunt spectanda,
(a quibus caetera formantur.)

1. Praesens. 2. Praeteritum. 3. Supina.



VERBORUM

Perfecta & Supina.

Primae conjugationis.

Perfectum definit in A VI: Supi-
num in A T U M.

Exceptis his:

Cubo	cubui	cubitum
Crepo	crepui	crepitum
inrepa (blasphem)	inrepu	inreputum
inrepa (schelten)	inrepu	inreputum
discrepo	discrepu	discreputum
	discrepavi	discrepatum

Do	dedi	datum
circundo	circundedi	circundatum
peffundo	peffundedi	peffundatum
satisdo	satisdedi	satisdatum
venundo	venundedi	venundatum

Caetera composita sunt 3. Conjug.]

Domo	domui	domitum
Frico	fricui	frictum
Iuvo	juvi	jutum
Lavo	lavi	lotum lautum lavatum
Mico	micui	micatum
dimico	dimicui	dimicatum
	dimicavi	
emico	emicui	emicatum
promico, &c.		
Neco	necavi	necatum
	necui (antique)	
eneco	enecavi	enecatum
	enecui	enectum
interneco	internecui	internectum
Nexo	*	*
Plico	plicui	plicitum
	plicavi	*
applico	applicui	applicatum
	applicavi	applicatum
implico	implicui	implicitum
	implicavi	implicatum
complico	complicui	complicitum
	complicavi	complicatum
explico	explicui	explicitum
	explicavi	explicatum
explico (erklären)	explicavi	explicatum replico

replico { replicavi * replicatum

Cætera composita orta à Nominibus in PLEX, sunt regularia

ut duplico --- à duplex
multiplico --- à multiplex
supplico --- à supplex, &c.

Poto potavi { potatum
Seco secui { potum
Sto steti { sectum
præsto præstiti { statum
{ præstatum
{ præstitum

[Sic & cætera Composita à Sto.]

Sono sonus { sonitum
Tono tonus { tonicum
Veto { vetui
{ vetavi { vetitum

DEPONENTIUM

Perfectum definit in ATUS sum
Supinum in ATUM.

Secunda Conjugationis.

Perfectum definit in UI: Supinum in ITUM.

Exceptis his:

BEO.

Iubeo iussi { iussum
Rubeo rubui *
Sorbeo { sorbui { sorbitum
{ sorpsi (antique) sorptum

absorbeo { absorbui absorbitum
{ absorpsi absorptum

Sic exorbeo, resorbeo.

CEO.

Aceo acui *
Arceo arcui *
coerceo coërcui coërcitum.
Doceo docui doctum
Luceo luxi *
polluceo polluxi polluctum
Misceo miscui { mistum
{ mixtum.
Mulceo mulsi mulsum
permulceo permulsi { permulsum
{ permulctum
Rauceo raucui *
Taceo tacui tacitum
conticeo conticui *
reticeo reticui *

DEO.

Ardeo arsi arsum
Audeo ausus sum ausum
Candeo candui *
Gaudeo gavisus sum
Madeo madui *
Mordeo momordi morsum
admordeo admordi admorsum

[Sic & cætera composita.]

Pendeo pependi pensum
propendeo propendi propensum
Prandeo prandi pransum
Renideo *
Rideo risi risum
Suadeo suasi suasum
Sedeo sedi sessum
Splendeo splendui *

C

Strid-

Strideo	stridi	*
Spondeo	spondi	sponsum
respondeo	respondi	responsum
[Sic & cætera composita.]		
Studeo	studui	*
Tondeo	tondi	tonsum
detondeo	detondi	detonsum
[Sic & cætera composita.]		
Video	vidi	visum

GEO.

Algeo	alsi	alsum
Augeo	auxi	auctum
Egeo	egui	*
indigeo	indigui	*
Frigeo	frixi	*
Fulgeo	fulsi	fulsum
Indulgeo	indulsi	indultum
Languco	langui	*
Lugeo	luxi	luctum
Mulgeo	mulsi	mulxi (antique) multum
Rigeo	rigui	*
Tergeo	terxi	tersum
Turgeo	turxi	*
Urgeo	urxi	ursum
Vigeo	vigui	*

LEO.

Deleo	delevi	deletum
Fleo	flevi	fletum
(Pleo)		
compleo	} evi	eum
expleo		
impleo		
repleo		
suppleo		

Oleo	olui	olitum
oboleo	} ui	itum
peroleo		
redoleo		
suboleo		
Sed: aboleo	abolevi	abolitum
adoleo	adolevi	adolitum
(anzünden)	adolui	
adoleo	adolevi	adultum
(aufwachsen)	adolui	
exoleo	exolevi	exoletum
inoleo	inolevi	*
obsoleo	obsolevi	obsoletum

[Pro his dicitur: exolesco, inolesco, obsolesco.]

Calleo	callui	*
Palleo	pallui	*
Polleo	pollui	*
Sileo	silui	*
Seleo	solicus sum	*

MEO.

Timeo	timui	*
Tumeo	tumui	*

NEO.

Maneo	mansi	mansum
Sic emaneo, intermaneo, permaneo, remaneo.		
Sed: emineo	eminui	*
promineo	prominui	*
immineo	imminui	*
Neo	nevi	netum
Teneo	tenui	tentum
contineo	continui	contentum
Sed abstineo	abstinui	*
pertineo	perlinui	*
PEO.		
Stupeo	stupui	*
Torpeo	torpui	*

QUEO.

QUEO.

Liqueo	licui	*
Torqueo	torſi	{ torſum torſum

REO.

Areo	arui	*
Clareo	clarui	*
Flareo	florui	*
Horreo	horruui	*
Hareo	haſi	haſum
Mareo	*	*
Torreo	torruui	toſum

SEO.

Cenſeo	cenſui	cenſum
recenſeo	recenſui	{ recenſum recenſitum
Sic ſuccenſeo ſuccenſui ſuccenſum.		

TEO.

Fateo	fatui	*
Niteo	nitui	*
Pateo	patui	*
Puteo	putui	*
Putreo	putruui	*
Scateo	ſcatui	*

VEO.

Aveo	*	*
Caveo	cavi	cautum
Conniveo	{ connivi connixi	*
Faveo	favi	fautum
Foveo	fovi	foſum
Ferveo	{ ferbui fervi	*
Liveo	livi	*
Moveo	movi	motum
Paveo	pavi	*

Sueo (ſueſco)	ſuevi	ſuetum
Voveo	vovi	rotum
IEO.		
Cico	civi	icitum
Vico	vievi	{ vietum vietum

DEPONENTIA.

Fateor	faſſus ſum
confiteor	confiſſus ſum
[Sic diffiteor, profiteor.]	
Liceor	licitus ſum
Medeor	*
Mereor	meritus ſum
Mifereor	miſertus ſum
Reor	ratus ſum
Tueor	tutus ſum
Vereor	veritus ſum

Tertia Conjugationis.

Perfecta & Supina variè formantur.

BO.

(Cumbo)	cubui	cubitum
Sic & compoſita.		
Bibo	bibi	bibitum
Glubo	glubi	
Lambo	lambi	lambitum
Nubo	nupſi	nuptum
Scabo	ſcabi	*
Scribo	ſcripſi	ſcriptum

CO.

Creſco	crevi	cretum
Compeſco	compescui	*
Conquuſco	conquexi	*

C 2

Diso

Dico	dixi	dictum
Disco	didici	*
Dispesco	dispesceui	*
Duco	duxi	ductum
Glisco	*	*
Ico	ici	ictum
Nosco	novi	notum

ignosco	ignovi	ignotum
pranosco	pranovi	pranotum
dignosco	dignovi	dignotum
Sed agnosco	agnovi	agnitum
cognosco	cognovi	cognitum
Parco	sparsi	parsum
	peperi	parcitum
comparco	comparsi	comparsum
Vinco	vici	victum
Posco	poposci	*
reposco	repoposci	*
Pasco	pavi	pastum
Quiesco	quievi	quietum

SCO Inchoativa,

assumunt Perfecta & Supina suorum
Primitivorum: ut

Convalesco convalui convalitum
(à valeo)

Inchoativa Nominalia.

Consanesco	consanui
Evanesco	evanui
Innotesco	innotui
Macresco	macrui
Mansuesco	mansuevi
Maturesco	maturui
Obbratesco	obbratui
Obduresco	obdurui
Obmutesco	obmutui
Obsurdesco	obsurdus

Occallesco occallui
Recrudescio recrudui.

¶ Sed carent Perfecto & Supino hæc:
Augesco, Hisco, Fatisco, Integraſco, Tabasco
Renidesco:

Et omnia cætera Nominalia.

DO

(Cendo)		
accendo	accendi	accensum
incendo	incendi	incensum
succendo	succendi	succensum
Cado	cæcidi	casum
incido	incidi	incasum
occido	occidi	occasum
recido	reçidi	recasum

[Cætera Composita carent Supino.]

Cado	cecidi	casum
incido	incidi	incisum

[Sic & cætera Composita.]

Cedo	cessi	cessum
Claudo	clausi	clausum
concludo	conclufi	conclusum
Et.		

Credo	credidi	creditum
Condo	condidi	conditum
abscondo	abscondidi	absconditum
	abscondidi	absconditum

Cudo	cudi	cusum
Defendo	defendi	defensum
Divido	divifi	divisum

(Do)
addo addidi additum
sic & cætera.

Frendo	frendi	fresum
		fressum

Fido

Fido	fisus sum	
Findo	fidi	fissum
diffindo	diffidi	diffissum
Fundo	fudi	fusum
Ledo	lesi	lesum
allido	allisi	allisum
collido, &c.		
Ludo	lusi	lusum
Mando	mandi	mansum
Offendo	offendi	offensum
Pando	pandi	passum
dispando	dispandi	dispansum
expando	expandi	expansum expassum
Pedo	pedi	pedum
oppedo	oppedi	oppeditum
Pendo	pendi	pensum
Prehendo	prehendi	prehensum
Prændo	prændi	prænsum
Plauda	plausi	plausum
complodo	complosi	complusum
Rado	rafi	rasum
Rodo	rosi	rosum
Rudo	rudidi	rudidum
Scando	scandi	scansum
ascendo	ascendi	ascensum
descendo, &c.		
Scindo	scidi	scissum
Sido	sedidi	*
Strido	stridi	*
Tendo	tetendi	tensum tencum
attendo	attendi	attentum
Sic contendo distendo.		
Sed: extendo extendi		extensum extentum
Sic intendo, ostendo, prætendo.		

Tundo	tutudi	tunsum tusum
contundo	contudi	contusum
Sic obtundo, pertundo, retundo.		
Trudo	trusi	trusum
Vado	*	*
invado	invasi	invasum
evado	evasi	evasum

GO GUO.

Ago	egi	actum
abigo	abegi	abactum
adigo	adegi	adactum
cogo	coegi	coactum
redigo	redegi	redactum
Sed: ambigo	*	*
dego	degi	*
prodigo	prodegi	*
fatago	fategi	*
Ango	anxi	*
Elango	elanxi	*
Cingo	cinxi	cinctum
Figo	fixi	fixum
Fingo	finxi	fictum
(Fligo)		
afflugo	afflixit	afflictum
confligo	confluxit	conflictum
infligo	influxit	inflictum
Frigo	frixi	frictum
Frango	fregi	fractum
confringo	confregi	confractum
Sic, effringo, perfringo, refringo.		
Jungo	junxi	junctum
Lego	legi	lectum
allego	allegi	allectum
Sic, perlego, relego, sublego, pralego.		

Sed, colligo	collegi	collectum	Tingo	tinxi	inctum
deligo	delegi	delectum	Vergo	*	*
eligo	elegi	electum	Vngo	unxi	unctum
} diligo	dilexi	dilectum		HO.	
	intellexi	intellectum	Traho	traxi	tractum
	neglexi	neglectum	Veho	vexi	vectum
Lingo	linxi	linctum		JO.	
Mergo	merxi	mersum	Mejo	minxi	mictum
Mungo	munxi	munctum		CIO.	
Ningo	ninxi	*	Facio	feci	factum
(Pago)	pepigi	paatum	afficio	afseci	afsectum
Pango	panxi	paatum	Sic conficio, efficio		
depango	depanxi	depaatum	Jacio	jeci	jactum
Sed impingo	impegi	impaatum	adjicio	adjeci	adjectum
compingo	compegi	compaatum	Sic conicio, deicio, eicio, &c.		
Plango	planxi	plantum	(Lacio)		
Pingo	pinxi	pictum	allicio	allexi	allectum
Pungo	pupugi	punctum	illicio	illexi	illectum
repungo	repupugi	repunctum	Sed: elicio	elicui	elictum
Sed: compungo	compunxi	compunctum	(Specio)		
dispungo	dispunxi	dispunctum	aspicio	aspexi	aspectum
expungo	expunxi	expunctum	Sic conspicio, despicio, inspicio, &c.		
Rego	rexii	rectum	DIO. GIO.		
arrigo	arrexii	arrectum	Fodio	fodi	fossum
pergo	perrexii	perrectum	Fugio	fugi	fugitum
surgo	surrexi	surrectum		PIO.	
Sugo	suxii	suctum	Capio	cepi	capum
Spargo	sparsi	sparsum	accipio	accepi	acceptum
aspergo	aspersi	aspersum	Sic concipio, decipio, &c.		
Sic conspergo, dispergo, &c.			(Cæpio)	cepi	ceptum
Stringo	strinxi	strictum	Cupio	cupivi	cupitum
Stinguo	stinxi	stinctum	Rapio	rapui	raptum
Tango	tetigi	tactum	arripio	arripui	arreptum
atingo	attigi	attactum	Sic corripio, deripio, &c.		
Sic contingo, intingo, &c.					
Tego	texii	teatum			
Tergo	terxi	tersum			

Sapio { Sapui *
 { Sapivi vel sapii
 desipio desipui *
 resipio resipui *

RIO, TIO.

Pario peperui partum
 Quatio quasi quassum
 concutio concussi concussum
 Sic decutio, excutio, discutio, &c.

LO.

Alo alui altum
 (Cello)
 antecello antecellui *
 excello excellui *
 praello praelalui *
 Colo colui cultum
 Consulo consului consultum
 Fallo fefelli falsum
 refello refelli *
 Molo molui molitum
 Occulo ocului occultum
 Pello pepuli pulsus
 appello appuli appulsus
 Sic depello, impello, propello, &c.

Pfallo pfalli *
 Sallo falli falsum
 Tollo sustuli sublatum
 Volo volui *
 Malo malui *
 Nolo nolui *
 Vello { vellui vulsum
 { vulsi
 avello avelli avulsus
 Sic evello, convello, revello.

MO.

Como comui contum

Demo demsi demtum
 Emo emi emtum
 adimo ademi ademtum

Sic dirimo, eximo, interimo, &c.

Fremo fremui fremitum
 Gemo gemui gemitum
 Premo presi presum
 comprimo compressi compressum

Sic deprimo, exprimo, imprimo, &c.

Promo promsi promptum
 Sumo sumsi sumtum
 Tremo tremui *
 Vomio vomui vomitum

NO.

Cano cecini cantum
 accino accinui accentum
 Sic concino, pracino, succino, &c.

Cerno crevi cretum
 Gigno genui genitum
 Lino { livi litum
 { levi

collino collevi collitum
